12 ¶ Circa vero maleficiatos. aduerte ꝙ aliqn̄ quis eſt maleficiat⁹ reſpectu omnium ꝛ ſic cōtrahere nō poteſt ꝛ ſi contrahit poſt p̄mū matrimoniū contractū ꝛ cōiungitur cum ſecūda redire tenetur ad p̄mum ꝙ ꝓz quia impedimētū ñ erat perpetuū ꝛ ideo p̄mum matrimoniū fuit firmū Si aūt ſit maleficiatus reſpectu vnius ꝑ ſone ſic nō reſtituet̄ ꝗ̄uis cognoſcat ſecūdam quia p̄mū matrimonium fuit nullum ꝛ ſecundum fuit validū

13 ¶ Sed nunqd iudicabitur ipedimē tū ꝑpetuū quod remoueri poſſet per aliquod maleficiū.Re.ſm ſāctū Bōa. in.iiij di.xxxiiij.ꝛ ſanctū Tho.eadeʒ di.ꝙ ſic quia non poteſt homo ꝑ ma leficiū inuocare demones ꝓ aliq̄ cauſa

14 ¶ Si q̄rat̄ ō abhoiatiōe vtꝝ ipedit mr̄imoniū tʒ ſāct⁹ Tho.vbi.ſ.ꝙ eſt ſāē iudiciū qd̄ dr̄ maleficio cū ſit cā̄ extrīſeca ꝛ accidētal̄.et hoc intellige qñ ex tali abhōiatōe i imaginatiua ſeu teſta aut extīatiua ꝯcipitur horror ꝙ nullomō p̄t hr̄e actū generādi cū tali.

¶ Sed quid ſi inuenīatur aliquis q 15 vellet deſtruere maleficium cum alio maleficio vide.ʒ. Superſtitio.§.viij.

¶ Quero qd̄ ſi dubiū ſit an tale ipe 16 dimētū ipotētie coeūdi p̄ceſſerit mr̄i moniū ꝯctū ꝑ ꝓba de p̄nti an nō.Re. Pa.in.d.c.fraternitat; ꝙ ꝑſumer̄ p̄ce ceſſiſſe ex q̄ nunꝗ̄ potuit cognoſcere facit i.ar.l.iij.C.de edi.edic.ꝛ hoc idē ſequit̄ Ricar.in.iiij.di.xxxiiij.ꝙ debe mus ꝑſumere ꝙ ſicut p̄ceſſit cōſuma tionē ſeu ꝯ ꝯctionē Nā ex futuro ꝑſu mit̄ eē p̄teritū vt no.in.c.ſcribā eiſdē de ꝑſūp.ꝛ ſic doc.magis videt̄ i hāc opinionē iclinari ꝛ placet mihi lʒ gl. i ſūma.xxxiij.q.i. dicat ꝙ ꝑſumēdū ē ſubſecutū.Nec obſtat.c.lʒ ex quadā ſi.de teſti.vbi dr̄ ꝙ indubio pro mr̄i mōio ē ꝑſumēdū q2 dicit Pa.vbi.ſ. ꝙ ē veꝝ qñ mr̄imoniū pōt hēre ſuuʒ effectū.ſ.euitatiōnē fornicatōis vl bo nū prolis.Et hanc mirabilē limitatio nem tenet etiam do.Antho.in.c.līe veſtre de trigi.quod bene notabis.

Impedimentum decimum septimum

ſm aliquos dr̄ conſuetudinis vel ſta tuti ꝓ cuius intelligentia queritur.

¶ Utrū cōſuetudo poſſit ꝯ mr̄imo- 8 niū.Re.ſm Pa.in.c.ſup eo.de cogna tione ſpūali ꝙ aut cōſuetudo hilitat aliſ inhiles ꝑ iuſ canonicū vt puta ꝙ ꝯhāt.ij.vl.iij.gradu ꝯſanguinitat; ꝛ hmōi ꝛ ſic nō valet vt ꝓbat̄ in.d.c.ſm per eo ſʒ verā ſignificationē iūcto.c. qd̄ ſup hīs de ꝯſā.ꝛ affi.ꝛ lʒ tʒ ho.ꝙ ſi ſit irrōnabilis Ex q̄ infero ꝙ ꝯſue tudo ſi approbata a papa nō p̄t tollē re ipedimētū publice honeſtatis cuʒ ꝯſuetudo nō valeat ꝯ honeſtatē eccle ſie.c.cū decorē de vi.ꝛ ho.cle.Aut cō ſuetudo ſolū inhabilitat aliaſ habiles vt in filijs duorū cōpatꝝ ꝑ quoꝝ neu trū ventū ē ad cognationē ſpūalē ꝛ tūc valet vt nō ſōtrahatur Facit

suū effectū.fm q.z.dixi. Matrimoniū tertio impedimēto.xvi. in fi.alias qū nō pōt habere suū effectū mrīmoniū nō esset iudicādū p eo ad dictuz vnius ꝯ cōmunem opinionem.

2 ¶ Utrū papa possit dispēsare i oībus ipedimētis predictis.R. q quedā sūt ipedimēta que remouēt cōsensum sicut est impedimētuz tertiū scilicet cōditiōis z quartū scilicet erroris psōe. z vndecimū scilicet metus seu coactiōnis z decimūoctauū scilicet priuatiōnis sensus. Unī sicut papa non potest supplere ꝯsensuz sine q̄ nō est matrimoniū sic nec i ipsis pōt dispēsare.vl ipsa tollere.alia sūt ipedimenta ex statuto ecclie cuiusmōi est ipedimētuz pmū.s.iterdictū ecclie z secūdū.s.feriarū.z quartū.s.ꝯditiōis seruilis qr vt mrīmoniū ꝯtrāctuz cū ancilla a libero nō teneat.hoc est ex statuto ecclie fm Ricar.in q̄rto di.xxxvi. z pe. de pal. z qntū.s.voti castitatis.z septiuz .s.cognatiōis spiritualis.z octauuz .s. cognatiōis legalis.z nonū.s.cris.z decimū disparitatis cultus.z duodecimū.s.ordis.z decimūquartū. s. publice honestatis.z decimūsextū.s.ipotentie coeundi.Nā posse generare nō ē de substātia mrīmonij.alr senes non possent ꝯhere q falsū ē.z sō ē ex statuto ecclie.Et ipedimētū decimūseptimū.s.ꝯsuetudinis.z in istis pt papa dispēsare. Silr dico d ipedimēto.vi. s. ꝯsanguinitatis.z.xiij.s. ligaminis.z. xv.s.affinitatis q̄ ad aliqua q̄ in ipsis solū sūt ex statuto ecclie.sicut ē i ꝯsanguinitate z affinitate vt qs nō possit ꝯhere in.ij.gradu linea inequali.z.iij.z iiij. z silr in impedimēto ligaminis q̄ ad h ne qs possit ꝯhere cū aliq post mrīmoniū ꝯtrāctū cū aliq p v̄ba de pñti solū.Et i hoc ꝯcordāt cōiter doc.lz quo ad votū solēne aliq tenuerint q papa n̄ pōt dispēsare.sic Tho.xxij.q. lxxxviij. z qdā alij.Sz tu tene q pōt vt ē ipse Tho.in.iiij.di.xxxviij.z Ri. eadē di.z Hēri.de gan.in.v.quol. q. xxv.z ē cōis opi.tā theologorū q̄ canonistarū.alia sūt impedimēta iuris diuini z legis nāe.de qbus hēs.s. Impedimēto.vi.§.i.s.de ꝯsanguinitate z affinitate vsq ad pm gradū in linea in eqli.z in istis v̄tū.papa possit dispēsare sic fuit diuīsa opio canōicorum i.e.lras d resti.spo.z i.c.p venerabilē qui.fint le.z in.c.p posuit d cōcei pre bē.qbusdā dicētibus q nō pōt p d.c. lras.sz tu dic z tene q lz papa n̄ possit tollere dcā impedimēta generalr tū ī aliquo cāu spāli legitima cā subsistēte pōt in dictis impedimētis ꝯsanguinitatis z affinitatis dispēsare.vt ēt tz Jo.an.z recitat z sequitur pa.in.d.c. lras de quo vide.j. papa.§.i. an aūt possit similiter dispēsare in ipedimēto ligaminis in quātū ē d iure diuino s.vt post mrīmoniū cōsumatū qs ꝯhat cū altero mīr cōiter q nō.z sic sēna indubitāter quo ad hoc vt qs possit dimittere vxorē vl vxor virū quo ad viculū post mrīmoniū cōsumatū Similr ēt quo ad h vt vxor possit hēre duos viros sz quo ad hoc vt vnus vir possit hēre duas vxores credo papā posse dispēsare qn genus fideliū eet reductū ad paucissimos viros de quo dic vt.j.papa.§.primo.

3 ¶ Sz nunqd eps silr poterit dispēsare i aliquo predictorum ipedimētorum.R. q in iterdicto ecclie spāli facto a suo iferiori pt e z in ipedimēto cris qn cris solū ipediuit mrīmoniū ꝯhēdū de qbus s. Impedimētū.ix.in pn.sz i iterdicto facto a supiori suo vl i crīnibus q̄ ipediunt z dirimūt post ꝯtrāctū de qbus.s. in.d.ix.ipedimēto.§.i.z.v.aut i alijs qbuscūq ipedimētis mrīmonij ne ꝯhat n̄ pt eps dispēsare nisi in casibus d qbus.s.dispēsatio.§.v. Epm posse dispensare ꝯ canonē vel concilium.

4 ¶ Quid d illo q audiuit ꝑpetuū ipedimētū fore iter se z vxorē suā.R.fm Rodo.q si audiuit a fide dignis tenetur igrē alias eēt affectata ignorātia si ꝯcipiat pbabilē opinionē ex dicto tali nō dz exigere dbitū sz solū reddere donec intelligat v̄itatē diligenter q̄

quirēdo Si nō īngrēdo nihil inuenit vel audiuit hoc si a fide dignis sic dz ↄponere ↄsciām nec peccaret mortaliter si nō crederet ↄ̄tuis audierit a fide digno vt puta a sacerdote vl̄ compatre ⁊ hmōi q2 nō obligat̄ quis crede͛ nisi ↄbet sed sufficit inquirat ⁊ si aliud nō inuenit non credat.

5 ¶ Nunqd sacerdos teneat̄ reuellare impedimētū vide. s̄. cōfessio. iiij. §. x.

6 ¶ Utrū vx̄ teneat̄ seq virū trāsferētē se ad aliā p̄tē. R̄. q2 sic si ↄbabilr̄ dubitat d̄ morte sua vl̄ q2 vellet eā exponere ad scortū vl̄ si vir vellet ire vagabūd⁹ cū eo si eēt qn̄ ↄrit nā i istis casib⁹ nō tenetur eū seq al̄ sic ita not. doc. in. c. d̄ illis de spō. ⁊ i. c. i. de ↄiugio lepro. de quo dic vt. j. vxor. §. xiiij. quo ad separabilitatē

Matrimonium

Utrū sit sepabile mrīmoniū postq̄ semel legitie ē ↄctū p verba de p̄nti ⁊ ↄsumatū. R̄. q2 hoc p̄t intelligi dupliciē aut quo ad hoc vt alter possit alteri mrīmōialr̄ copulari altero dimisso ⁊ sic nūq̄ est sepabile mrīmoniū inter fideles ↄctū ⁊ cōsumatū vt p3 i. c. gaudemus de diuor. nec papa posset i hoc dispēsare vt p3 i. c. ex publico de ↄuer. ↄiug. sec⁹ in mrīmonio ↄsumato iter infideles de quo. s̄. Mrīmoniū. iij. impedimēto. x. aut quo ad thor̄ ⁊ cohitationez tn̄ ⁊ sic separi pōt pp. v. p̄mo pp adulteriū vtpura q2 alter fornicat⁹ est. xxxij. q. i. dixit dn̄s de quo dic vt. s̄. Debitum. §. vij. Scdo pp vitium sodomiticū z s̄m Hugo. Lau. Jo. Cal. do. Anto. ⁊ Pa. i. c. marit⁹ d̄ adul. q2 noīe fornicatiōis intelligitur ois illicitus coitus. xxxij. q. vij. nō solū. ⁊ q. iiij. meretrices. ↄ̄tuis Inno. in d. c. marit⁹. ⁊ gl. i. c. oēs. xxxij. q. vij. tenēt ↄtrā. sed p̄mū videtur verius q2 maior i hoc fit iniuria mrīmonio q̄ in alia polutione. Et idem posset dici de q̄cūq3 alia polutiōe habita cū alia p̄sona q̄lit3cūq3 q2 pōt separi. secus in pollutiōe q̄ q̄s hēt p se ipm sicut. s3 Rode. ⁊ gl. in. d. c. oēs. Tertio si alter q̄rit alter̄ trahere ad aliqd aliud pctm̄ mortale. s3 gl. i. d. c. oēs sanctiones. ⁊ Inno in. d. c. maritus. ⁊ in. c. q̄sitū it de diuor. ⁊ Pa. in. d. c. quesiuit. Qd̄ ver̄ intellige si aliter cōpesci nō pōt Quarto pp heresim. ⁊ si anteq̄ ↄuertat̄ itrauerit religionē. et sine auctoritate ecclesie si redibit ad eū si cōuertatur postea. siue heresis fuerit notoria siue nō s3 Pa. in. c. de illis de diuor. Si vero religionē nō intrauit cōpelletur redire ad eū si ↄuertat̄ ab heresi si sine auctoritate ecclīe se ab eo separauit ↄ̄tuis alij aliter sentiant. vt notat Pa. in. d. c. de illis.

1 ¶ Sed nunqd similiter in predictis casibus sepatio poterit fieri sine iudicio ecclesie. R̄. q2 si delictū est notoriū pōt ↄpria auctoritate dimittere eum nō tn̄ lucrabit̄ donationē pp nuptias vl̄ dotē s3 Jo. an. in. c. plerūq3 de dote post diuor. ⁊ si nō hēt penes se. q2 petere nō poterit s3 si hēt penes se p exceptionē adulterij lucrabit̄ ↄ petentē s̄m Pa. in. d. c. plerūq3. Si vo delictū nō est notoriū sic solū debet fieri auctoritate ecclīe q̄ ad sepationez cohabitationis alr̄ instāte altero ↄpellet̄ cohabitare s3 quo ad redditionē debiti p̄t ↄp̄a auctoritate d̄negare ex quo sibi ↄstat de delicto alteri⁹ Faciūt no. in. d. c. plerunq3 ⁊ in. d. c. gaudemus.

2 ¶ Quomodo dicetur notorium vide s̄. adulterium. §. viij.

3 ¶ Utrū sepati ppter spiritualem fornicatione sint absoluti a debito redēdo sic sepati pp fornicationē carnalē R̄. q2 sic s̄m Hosti. ⁊ Pa. in. c. q̄siuit de diuor. Quod intellige quo ad eū q̄ ē inocens s3 quo ad eū q ē culpabilis ē ↄ̄tūcūq3 snīa diuortij sit lata siue propter fornicationem spūalem siue carnalem si innocens petit eū sibi reconciliari dz ⁊ ipse tn̄r sibi reddere debitū q2 q2 fauore meo introductū est nō dz retorqueri i dānū meū. l. q2 fauore. C. d̄ legi. nisi intrasset religionē vel suscepisset sacros ordines qa

non posset repetere nec alter teneretur reddere hoc sequitur Ber. in. c. litteris nris de divor. et host. ibidem.

4 ¶ Quinto separatur ꝑ sanctimoniaꝫ
Pro cuius declaratiõe plura sũt qrẽda.

5 ¶ Utrũ ãbo ꝯiuges possint vouere ꝯtinẽtiã. R. ꝙ sic ꝺ cõi ꝯsẽsu ꝺ q̃ dic vt s. m̃rimonĩ. ii. impedimẽto. v. §. v.

6 ¶ Utrũ alter solũ possit vouere castitatẽ sine ꝯsensu alteri9. R. ꝙ sic i suũ ꝑiudiciũ ꝫ nõ alteri9 vñ p9 votũ exigere ñ poterit sine pctõ mortali ꝫ bñ reddere tñr et ẽt exigere qñ crederet se nimis onerosũ alteri ñ petẽdo. Facit. c. quidam intrauit et ꝙ ibi no. de conuer. coniu.

7 ¶ Quid si alter ꝯsensit vt alter vouret statu nõ mutato. R. ꝙ ꝯsentiẽs nihilomin9 poterit exigẽ ꝫ Inno. et sequitur Pa. i. c. i. de ꝯuer. ꝯiu. si ipe cõsẽtiẽs nõ vouit et ille q vouit tenet reddere ꝫ nullo mõ exigere ẽt si nõ exigendo eẽt onerosius alteri qr concedẽdo licentiã in hoc sibi ꝑiudicauit.

8 ¶ Sꝫ nũqd poterũt mutare statũ puta effici religiosi vel alter ordinari. R. vt colligo ex Pa. i. d. c. i. Aut hi pcedit ex cõi ꝯsensu. Et tũc si alter vult effici ep̃s regrit ꝙ vxor ꝑus sit ꝓfessa i aliquo monasterio ẽt si ñ sit suspecta de icõtinẽtia vt i. c. sane ꝺ cõuer. cõiu. est enĩ spãle hoc. Si ꝺo ñ vult effici ep̃s ꝫ subdiacon9 diacon9 vł ꝑsbyter aut religionẽ intrare tũc ꝑt de cõsensu alteri9 ꝑtis ꝙuis altera ꝑs nõ voueat cõtinẽtiã. Facit. c. significauit et ꝙ ibi no. de cõuer. cõiug. lꝫ ñ debeat ꝯ ordinari ad sacros ordĩes vł recipi ad religionẽ nisi vxor faciat votũ sĩlr castitatis vt i. c. cũ sis de cõuer. cõiuge.

9 ¶ Sꝫ pone ꝙ cũ cõsensu alteri9 vir sit fact9 religiosus vł sacerdos nũqd ille q cõsensu dedit poterit aliũ repetere. R. ꝙ i hoc sunt opiniões Abbas in. d. c. i. Inno. i. d. c. qdã tenẽt ꝙ si est iuuenis poterit et ad ei9 petitionẽ ꝺꝫ ingressus vł ordinat9 reuocari. Cal. tenet ꝙ nõ poterit tp̃ꝫ repetere sed bñ implorare officiũ iudicis et iudex ex officio ne adulteriũ cõmittat ꝑ remanẽtẽ i seclo educet alterũ ꝺ monasterio vel ordie et coget reddere debituꝫ. Aliꝫ voluñt et hoc magis mihi placet ꝙ ille q dedit licẽtiã est iuris cõsci9 nõ poterit repetere nec ex officio ei restituetur qr dãdo licentiã taliter mutãdi statũ vi vouisse castitatẽ saltem dũ sit vita alterius qr q vult vnũ vł velle et omne illud ꝑ qđ ꝑuenitur ad illud. c. prudentiã de offi. delega. Facit. c. vidua de regula. Sed ingressus alterius nõ ꝺꝫ fieri nisi alter voueat cõtinentiã vt in. c. cũ sis de conuer. cõiuga. ergo dãdo licentiã vł vouere Si ꝺo istud ius ignorauit sic restituetur ei saltem ex officio hoc tꝫ gl. in. c. q vxorẽ suã. xxvii. q. v. et i. c. seriatim. xxxii. di. et ẽm eã cõcordã opiniones.

10 ¶ Quero nunqd iste restitutus post mortẽ vxoris vł alterius partis teneatur redire ad mõasteriũ. R. ꝙ sic qr ẽ vere rligiosus ex quo vxor ꝯsensit fac. c. ex pte ei. i. de cõuer. cõiugo. et ꝙ ibi no. bal. Idẽ dic de ordiatũ ad sacros ordines ꝙ tenet viuer caste et clicalr.

11 ¶ Quid si quis intrat religionez vel accipit ordines sacros vxore ꝯdicente vel ignorãte. R. ꝙ vxor poterit eum reuocare. d. c. qdã et ipe tenetur sibi debitũ reddere ꝫ nõ poterit exigere nisi qñ nõ exigẽdo efficeret nimis onerosus alteri parti vt dictũ est. s.

12 ¶ Pone ꝙ vxor sciuit et non ꝯdixit neclicentiã dedit sed dissimulauit nũqd reuocare poterit. R. ꝙ sic vt notat i. c. ꝯsuluit de ꝯuer. ꝯiu. Idẽ dic si ꝯsẽsit ex timore iusto. vt i. c. accedẽs e. ti. Idẽ dic si ꝑ dolũ ꝯsẽsit. c. veniẽs e. ti.

13 ¶ Pone ꝙ vir vxore contradicente ꝫ vel dissimulãte intrauit vel ordinat9 est in sacris et cũ vxor ñ reperit i vita sua lꝫ potuissꝫ poterit ne tal p9 mortẽ vxoris exire et aliã accipet vxorẽ. R. ꝙ ꝫ cal. et seqt Pa. i. d. c. i. nõ qr cã cessante q inualidabat eius ingressuꝫ cessat et sequella. et sic tenẽ ꝯcꝫ Inno. in. d. c. quidam multum variauerit.

14 ¶ Sed nunqd si talis reuocetur ab

vxore ipsa mortua tenebitur redire ad monasteriū vl' viuere clericaliter i castitate. R. q̄ quo ad aliū qui sacros ordines recepit nō ē dubiū q̄ tenetur viuere in castitate et si ɔtraheret ḋ facto cū alia nō teneret m̄rimoniū vt i. c. vnico de voto li. vi. s; de illo. q̄ solū religionē ɔfessus fuit est opio diuersa iter doc. S; ego credo q̄ nō tenetur redire q̄z obligatio semel extīcta n̄ reuiuiscit. l. si res. §. aream. ff. de solu. Sed solū caste viuere q̄z eam q̄tum in se fuit potuit valide ɔmittere Et secundum hanc distinctionē potes cō cordare doc. in. d. c. quidam Et ita limita et intellige. d. c. quidam.

15 ¶ Quid si talis n̄ solū nō vult redire ad religionē s; e ɔtra mortua p̄ma vxore contraxit cū alia. R. q̄ s; d. an. in. d. c. qdā teneat tutius eē dicēdū q̄ n̄ teneat m̄rimoniū tn̄ mihi vr̄ q̄ sit tutius tenere q̄ teneat si fuit reuocatus ab alia vxore Nō q̄z vt m̄rimoniū nō teneat oz votū sit solēnizatū p̄ professionem tacitā vel exp̄ssaz vni de religiōib' approbatis vt in. d. c. vnico sed iste non fuit ɔfessus q̄z votū fuit nullū quo ad ius positiuuz q̄z paria sunt n̄ ɔfiteri et inualide ɔfiteri ar. c. ij. de transla. prela. Itē vr̄ tex. pro hoc in. d. c. quidam vbi nō compellitur redire ad monasterium Sicut fecit in. c. ex parte el. i. e. o. ti.

16 ¶ Sed pōe q̄ si reuocatur ille qui intrauit ɔdicēte vel ignorāte vel dissimulāte altera p̄te nūqd post mortē poterit exire. R. cal. vt no. pa. i. d. c. i. q̄ si q̄si p̄ mortē validetur mōachat' Inno. variat S; tu dic q̄ nisi vxor ɔsenserit exp̄sse si stati egreditur et cōtrahit tenebit m̄rimoniū l; peccet mortalr̄ secus si vxor postea in vita sua ɔsensisset q̄z sic tenet professio.

17 ¶ Uerū spōsa violenter cognita a viro possit intrare religionē ipo inuito. R. pa. in. c. ver. de ɔuer. ɔiuga. sequitur opinionē Ber. brix. q̄ tenet q̄ potest q̄z nō vr̄ communicasse corpus suum ex quo inuite fuit cognita facie. c. ille eū. xxxij. q. v. Posset dici esse verum hoc vbi illa nō fuit i culpa tardatōis ingressus vbi aūt fuit i culpa nimis tardando ingressuz sic nō posset intrare q̄z ille exegit q̄ sibi debebatur et sic est extra culpā Et s̄m hāc distinctionē concordari possunt opiniones q̄s recitat Jo. an. in regula que cōtra de re. iu. li. vi. in mercurialibus Et s; hoc ēt oportet dare vnā limitationē ad. c. ex publico de conuer. coniuga. Ut videl; intelligatur quos deus cōiūgit. i. per carnalē copulā volūtarie habitam vel ex debito extortam et est singularis attamen Ego hoc nulli cōsulerē: s; potius iudicarem matrimonium consumatum ita q̄ alter alteri matrimonialiter coniungi non possit altero viuente cui sic carnaliter fuit copulatus Mo. et Rodoū. tenēt q̄ si spōsa erat ḋ futuro q̄ poterit et placet q̄z est vez nec h; dubium.

18 ¶ Utrū matrimoniū nō cōsumatū' inter fideles legitime cōtractū sit dissolubile. R. q̄ aut fuit ɔtrū etate indebita. i. infra annos pubertatis et sic cū peruenerint ad etatem debitam si alter eorum vult dissoluetur vt in. c. de illis el p'imo de despon. impu. et idē dic si solum alter erat in etate debita q̄ cum peruenerit ad etatem poterit dissoluere. Uerū est q̄ hoc debet fieri auctoritate ecclesie vt no. gl. i. d. c. de illis aut fuit cōtractum in debita etate et tunc si alter vult solū promoueri ad sacros ordines nō pōt nec dissoluitur matrimoniū vt cōiter tn̄r in d. c. i. aut vult intrare religionē et sic potest et dissoluitur m̄rimoniū statī per professionem factam ita q̄ alter qui remansit in seculo libere potest ɔtrahē cū altero sed ante professionē non vt in. c. verū et in. c. ex pte el secūdo de ɔuer. ɔiuga. et intellige p̄ ɔfessionē tacitā vl' exp̄ssam factam et vni de religionib' approbatis alr̄ nō dissoluitur vt in. d. c. vnico Ex quo itē Pa. in. d. c. ex parte el secundo q̄ l; sponsus efficiatur mantellat' vel de

tertio ordie fisolvitur matrimoniū qr
lz sit modus approbat⁹ nō tñ religio
Simr nō dissoluitur p ingressū solū re
ligionis approbate nisi ve. dixi tacite
vel expresse pfiteatur Vñ si qs intra
re vellet ⁊ nō pfiteri nō posset altero
invito. adverte tamē qḋ sūt quedam
mulieres de tertio ordine sancti fran
cisci q̄ vivūt collegialiter ⁊ pfitentur
tria vota religiōis ex ɔcessiōe aposto
lica ⁊ tñ talis pfessio bñ dissolueret
matrimoniū nō ɔsumatū sicut declara
uit Sixtus papa quart⁹ siue ante sit
ɔctū siue post dictā pfessionē ɔheret

19 ¶ Et qr sepe a doc. ⁊ i sacra scriptu
ra fit mentio de coniunctis per ppa
nomina. vt ipsa quilqz intelligat sub
brevi cōpēdio inferius clare demon-
strabo. Nurus dr vxor filij patri ⁊
mři viri sui. Gener. dicit vir filie při ⁊
matri vxoris sue. Socer dicitur pdi-
ctus pater ⁊ socrus pdicta mř dictis
nurui ⁊ genero. Nouerca dr secunda
vxor filijs ex alio matrimonio viri vi
tric⁹ dr secūdus vir filijs ex alio mři
monio vxoris Priuigni ⁊ puigne di
cūtur pdicti filij ⁊ filie alteri copula
to. Patruus ⁊ amita sūt frater ⁊ so-
ror pris auūcul⁹ ⁊ matertera sunt fra
ter ⁊ soror mřis ⁊ istis si addit ma-
gnus sūt frater vł soror. Aui vł ante:
patrueles sūt filij duorū fratrū q hñt
ēt patruū ⁊ amitā. Cōsobrini sūt
filij duaꝝ soroꝝ iter se q hñt ēt auūcu
lū ⁊ materterā amitini ⁊ amitine sūt
filij fřis ⁊ sororis inter se.

MEdicus triplicitur pōt eē in culpa de mor-
te infirmi. Primo ante factū
s. quādo itromittit se de eo qḋ ignorat
vel ad ipsum ñ spectat vel nō sufficit
ad agendū solus. Scḋo in facto. q̄a
Lz peritus nō tamē sequit traditiōes
artis s3 fantasiā sui capitis vł expimē
ta noua. intellige nisi experimēta no
ua vel sua fātasia sit rōnabilis qr lice
ret. Tertio post factū qñ ē negligens
circa custodiam infirmi. ita no. bar.
Inno. ⁊ Hosti. in. c. tua. de homici.

¶ Utrū eventus mortalitatis debeat 1
medico iputari. R. qḋ nō si diligētiā
quā dbuit ⁊ potuit exhibuit. ff. ḋ offi.
psi. l. illicitas. §. sicut vide. ʒ. homici-
diū. ij. q. xvij. Et aduerte qḋ medic⁹
tñr in foro aie nō solū qñ voluntarie
ledit puta plōgādo infirmitatē ⁊ hōi
sed ēt qñ ex ignorātia. vel impertia.
vel nō sequēs traditiōes artis aliquē
lesit. vt no. Pe. i auc. s3 hodie. C. de in
di. nā impertia medici culpe annu-
merat. l. si qs fūdū. §. celsus. ff. locati.
⁊ l. ipertia. ff. de re. iur. ⁊ igi. i. q. iij.
nō ē imputāda. Limitat h Pe. s. in. c.
a ḋ aures ḋ eta. ⁊ ali. vez qñ assūpsit
officiū voluntarie. Sec⁹ si ex necessita
te qst ex ignorantia ⁊ impertia ledit
Ut puta vtitur aliqbus expertis als ⁊
bonafide. qr sibi imputet q talē ele-
git ex q̄ dicebat se imperitum.

¶ Quid si dubitat medecinā nociuā. 2
R. qḋ nullo modo dz dare: sed tutiorē
ptē eligere de prescrip. c. illud. ḋ homi.
c. petitio qr securius est hominē relin
qre i manu dei q̄ medicinas dare de
qbus dubitat sm Inn. i. c. tua nos. ḋ
homi. ⁊ ibi pa. Et itellige eū i dubio
qñ nō hz aliqḋ ex q̄ pbabilius ex
timet pfecturā q̄ nocinā. Sec⁹ si ha
beret aliquā probabilitatē potius de
vtilitate q̄ de nocumēto. qr sic posset
dare adhibita debita diligentia ⁊ stu
dia. qr sic nō pprie est in dubio: sed i
opinione vel titubatione.

¶ Utrū sit in culpa medic⁹ qñ mede 3
cinā. scḋz artē dedit s3 ex defectu spe
cieꝝ vel admistiōe alia fit nociua. R.
qḋ sit si dbitā diligētiā adhibuit. c. aphi
ce. ḋ cle. exco. mi. sm Inno. ⁊ host.

¶ Utrū Cirugic⁹ icidēs aliquē q p 4
pter consuetā disponem venaꝝ: vel
qr propter insolitū timorē vel tremo
rem q venit super eū mortuus ē sit i
culpa. R. qḋ nō. si debitā diligētiā ad
hibuit ⁊ erat peritus. ar. c. ex lr̄is. de fri.
⁊ male. Et hoc verū si non dubitabat
de hoc qr si dubitabat debuit omittē
vt no. Inno. ⁊ hosti. ne cle. vel mo. c.
sniam. ⁊ ḋ. c. tua nos.

5 ¶ Utrū medic⁹ teneat̄ gratis curare R. q̄ sic si est paup infirmus. s3 glo. lxxxiij. di. §. i. Si vo diues est nō tene tur cū nemo cogatur de suo facere be neficiū. x. q. ij. precarie. ⁊ licite recipit mercedē suā. xiiij. q. v. c. non sane.

Additio. Si tñ esset salariatus de publico tñr gratis fuire ita paruis sicut magnis īfirmis & ⁊ sanis bñ poss3 petere salariū vt di cit l. archiatri. C. de pfe. ⁊ me.

6 ¶ Sed quid si infirmus sit diues sed ex auaritia ñ vult soluere medico v3 ne medicus eū mori pmittere. R. q̄ si s3 u3 ei medicinas ⁊ alia necessaria facere suis expēsis q̄s postea repetere poterit cū san⁹ effectus fuerit q2 vtili ter gessit negociū eius. ff. de nego. ge. l. pōponius ⁊ si moriatur repetet ab hereāibus. q2 sufficit si vtiliter cepit gerere. licz euentus nō sit sequutus l. sed an vltro. ff. de nego. gest. nec pōt ei obici qd cā pietatis hoc fecerit nisi sit ei Propinquus. vt. l. alimenta. C. de nego. ge. quia tunc oportet prote stetur q̄ gratis nō intendit hoc facere alias non repeteret. d. l. alimenta no. hoc glo. in. d. §. primo.

7 ¶ Utrū peccet mortalr medicus osu lēdo aliqd cōtra animā p salute cor poralī. R. q̄ sic. ⁊ ne hoc faciat prohi betur ⁊ sub pena excōmunicationis in. c. cum infirmitas de pe. ⁊ re.

8 ¶ Utrū similiter peccet mortaliter si nō admonet infirmū vt ɔfiteatur. R. q̄ sic q2 facit contra preceptum vt in d. c. cu3 infirmitas nec potest dici ab rogatum per contrariam consuetudi nē. 3. quia nō cōsuetudo sed corruptel la est ⁊ contra bonos mores ⁊ ideo nō valet fm hosti. in. d. c. cum infir mitas. Excusatur tamen medicus in casu repentino qui indiget celeri re medio qui nō ante ipsum infirmum induceret ad confessionē. Et adver [illegible] q2 nō sufficit admonere. s3 v3 indu cere cū effectu. vt in. d. c. no. Nihilo min⁹ si īfirmus nollet ɔfiteri nō cre do ppter hoc q̄ medic⁹ debeat desiste re a medicamine. q2 itelligēdū ē mo neas ⁊ inducas effectualr q̄ntū ē ex p te medici. sicut. ⁊. i. c. si. de eo. q co. cō. vxo. sue. facit. l. stipulatio ista. ff. de v. ob. si expte infirmi. q2 si dimitteret eū forte moreretur desperans q sanat⁹ po terit postea ɔuerti ⁊ sic peeptū ercñe videret̄ ɔ preceptū uel de caritate p ximi q̄ nullo mō credendū est. Facit tex. cū gl. p hoc. lxxxiij. di. in. prin.

9 ¶ Sed nungd ad hoc tenet̄ medicus i oī infirmitate. R. q̄ nō solus meliori iudicio. sed solū. i infirmitate. pericu losa fm se. Ratio q2 sicut infirmus nō tenetur cōfiteri de necessitate pcepti in oī infirmitate. sed solū qñ est pieu losa: sic nec medicus tenet̄ eū induce re l3 sit optimum q̄ medici inducāt in oī infirmitate. Et dico piculosa3. i. q̄ posset pbabilr īducere piculū mor tis. sec⁹ qñ ē clar̄ qd nō est piculosa.

10 ¶ Utr̄ infirm⁹ teneatur obedire me dico. R. Inno. ⁊ hosti. i. d. c. tua. q̄ nō de pcepto si tñ infirm⁹ accipit aliqd vl̄ facit ex certa scia: vel ex affectata vel īprobabili ignorātia ppter q̄ no tabile malū icurrit peccat mortalr. ar. c. si nō l3. xxij. q. v. idē dic de fuiēti b⁹ q ei aliqd administrāt tale. Sec⁹ si nō eēt notabilr lesiuū q̄uis aliqualr modicū tñ q2 aliqñ sitis magis cruci at q̄ febris ⁊ īter duo mala min⁹ eli gēdū ē. xiij. di. duo. Et si ex tali admi nistratione mors seqret̄ vl̄ mutilatio mēbri eēnt fuiētes irregulares. sec⁹ si ex leui ignorātia vl̄ culpa hoc fecerūt

11 ¶ Utr̄ ars medicine sit phibita cle ricis ⁊ religiosis. R. clericis in sacris religiosis ⁊ clericis ī minorib⁹ bñficia tis ñ l3 vti nisi gratis ⁊ vbi piculū nō īminet ne cle. vl̄ mo. c. nlla Cirugia3 pō q̄ indiget icisione vl̄ adustiōe cu3 sanguinis effusiōe fm ber. i. c. ad au diētia de fals. oio exercere non pos sunt. q2 simpliciter ē eis interdicta. c. sniam. c. sup specula. ne cle. vl̄. mo. de homi. tua nos de postu. c. p2imo.

12 ¶ Utrū medic⁹ teneat̄ nūciare mor tē infirmo quā pcenoscit cito ventu

ri.R. Jo. de neapoli in quol. xi. distin guit q aut probabiliter credit q talis pnūciatio erit multū vtilis aie infir-mi. vt puta. q̄r cōfitebit cū sit in peccō mortali et ordinabit testamētū ex quo euitabūtur multe lites. et sic tenetur p se vel per aliū ei manifestare. aliter pec cat mortalr. quia dānificat primū in directe cū nō ipedit dānum eius cum pōt. Idē dic si est i dubio an sit vtilis vel nō. Qd si probabiliter credit q tal' ānūciatio nō erit vtilis infirmo puta q2 iā ordinauit facta sua: sz forte erit potius dannosa corpori: tūc nō tene tur ei dicere de necessitate precepti: li cet sit melius dicere. quia melius se dis ponet. et bonum anime semper est p ponēdum bono corporis.

13 ¶ Utrū medic9 possit pmoueri. R. si pitus erat et nihil omisit de cōtigenti bus sm probabilitatē sue scientie pt pmoueri. alias nō. de eta. et q̄li. c. ad aures. ff. de vari. et extraor. cogni. l. et si medic9 corpor. Inno. et Ho.

14 ¶ Utrū medic9 q cōuenit p. x. duca tis. cū ticio liberare euz de aliqua in firmitate. puta q̄rtana et hōi et liber-rat eū: sz. j. modicū tps tici9 reincidit in eadez infirmitatez teneatur iterum p illis. x. euz liberare. R. vr q sic q2 nō extinxit infirmitatez: sz cessare fecit angustiā ipsius. Itē q2 nō vr curasse cū vitiose curauit. Itez q2 vba cū effe ctu sūt accipienda q iō dz intelligi cū curare pfecte. In p̄rm vr q n teneat q2 de psēti infirmitate tantum vr cogi tatum. et iō soluto eo qd debet subla ta est obligatio i perpetuū q2 in infini tum nō dz obligari. nā infinitas euit-tat. ff. loca. l. marrius. i gl. Sed tu dic q aut redijt ex culpa infirmi. et sic n tenetur. l. qd gs ex culpa. ff. de re. iur. Si nō ex culpa infirmi. tūc aut statī redit. et sic tenetur q2 nō videtur eum liberasse aut ex interuallo. et sic nō te-netur vt. ff. de re. iur. l. quicquid.

Mendaxium

proprie quid sit. vide supra Homicidium. v. §. vi Et ideo in statutis ita accipitur: nisi aliud. ap pareat de mente statuentis. vt notat Bar. in. l. ij. ff. de publi. iudi.

Mendacium

scdm Aug. est falsa vo cis significatio cum intentiōe fallendi. xxij. q. ij. §. ille ergo.

1 ¶ Que dña est inter mendacium et fal sum. R. q mentiri est contra mentem ire. Unde ille qui dicit quod putat aliud: siue illud sit verum siue falsum mentitur. c. is autem. xxij. q. ij. falsum aūt est g dicere sine mēdacio cū. s. cre dit verū. qd tñ nō est: et si debitā adhi buit diligētiā nō peccat. q si n peccat venialr. vt i. c. hoice. xxij. q. ij. nisi i ca su i q̄ teneret debitā diligētiā adhibe re. puta i actu testificādi vbi imminet notabile dānū primo: vel in iudicio. q2 sic esset mortale vel cum vult iura re. xxij. q. ij. c. animaduertendum.

2 ¶ Quot sunt gnā mēdaciorū. R. sz Aug. in. c. ōmū. xxij. q. ij. q sūt octo. ¶ Primū i doctrina religiōis xpiane et sm Alex. i sa se. religio hic accipit ncdū p eo q nos religat ad ea q̄ sunt fidei: sed etiam put religat ad bonos mores. q2 in his duob9 cōsistit religio nis xpiane sūma. ¶ Scdm est vt ali quē ledat iuste i corporalib9 cū nulli9 vtilitate. sic falsus testis i cā criminali. ¶ Tertiū ē q alicui nocet: sz tñ alteri pdest vt testimoniū in cā pecuniaria. ¶ Quartū ē qd fit sola mētiēdi: vl fal lēdi libidie. vt cū delectat' i astutia mē datioꝝ cōpōne sī hūs respectu: nec ad nocēdū nec ad adiuuādū alicui sz solū q2 plz sibi. ¶ Quītū ē qd fit pla cēdi cupiditate vt mēdatiū adulatōis ¶ Sextū ē qd nulli nocet et alicui p dest. s. ne pecunia sibi auferat' idebite vel iiuste ledat'. ¶ Septimū est q fiit alicui ē vtile ad corp9. s. vt mortē eua dat. ¶ Octauū est qd similr pdest al teri vt virginitatē seruet. Sz sz Alex. vbi supra. et. S. Bo. in. iij. di. xxxviij. Ricar. ibidē. mēdatium hz p suo for mali cōpletiuo intētionē fallendi. et iō sm intētionē mētiētis diuersū erit mē

datiū in specie. Si.n. intēdit solū pro desse. sic erit mēdatiū officiosū. Si de lectare. sic est ociosū. Si ledere sic est pniciosū. pernitiosū cōtinet tres pri mas spēas q2 aut i spūalib⁹. ⁊ sic ē p mū. Aut i corporalib⁹. ⁊ sic ē s3 aut in tpalib⁹. ⁊ sic ē tertiū. Officiosu3 cō tinet tres vltimas species. s. si in tpali bus. sic ē sextū. Si in corporalib⁹ sic septimū. si in spūalib⁹ sic est octauus. Ociosū cōtinet quartā ⁊ quītā spēm. q2 aut vult dlectare seipsū. ⁊ sic est q̄r tū aut alterū. sic ē quintum. primum istorum est grauis. ⁊ vltimū leuius.

3 ¶ Utrū oē mendatiū sit peccatū. R. q sic. c. sup. eo. de vsuris. cum simili bus. ⁊ ēt mortale pctm̄ ē s3. S. Bon. Ale. ⁊ Ri. vbi supra. Primo rōne sue speciei: siue p se. ⁊ sic tātū tres prime species sūt peccatū mortale. vñ qcūq3 mentitur cōtra veritatē diuinā eam mēdatio occultando: vel corrūpendo peccat mortalr. Similiter circa ea q̄ rū cognitio ptinet ad hoīs bonū. pu ta ad pfectiōe3 sciētie ⁊ informatiōe3 morū. erit mortale. q2 ꝯ caritatē dei ⁊ primi. Secus si esset circa aliqd qđ nō refert ad salutē vtrū sic vel sic co gnoscat. q2 esset veniale. Idē dic q ē mortale qñ ē i nocumentū corporis proximi vel rerū de aliquo alicui⁹ im portātie: ēt si alteri pdesset. secus si in dānū alicui⁹ rei minime. q2 nō eēt cō tra caritatē. ⁊ ideo veniale. Sedo est peccatu3 mortale p accidens. Et hoc dupliciter. primo rōe intentiōis. puta q2 ita afficit q nō curaret offendere deū vel primum notabilr. q2 pponit mendatiū caritati dei ⁊ pximi. multo magis si itendit dicēdo mēdatiū inin riare deū vel ledere notabilr primū ēt si nō ledat peccat mortalr. Scđo ratōe scādali. vt cū qs dicens menda tiū pbabiliter scādalū sequi aduertit ⁊ nō curat. sed dicit mendatiū etiā peccat mortaliter. Et i hoc cōcordāt cōiter Theo. in. iij. di. xxxviij. addit ⁊ tertiū. cr q̄ sit mortale. s. cū dr̄ in iu dicio. Vñ secūdū durādū omne men

datiū: pter iocosū quod in iudicio di citur de his q̄ ad iudiciū pertinent est mortale q2 subuertit veritatē iudiciū qđ cedit in pernitie3 vniuersitatis ⁊ placet qñ dicitur de eo de quo tenet dicere veritate3. alias nō. ⁊ qñ sit. ha bes supra. Confessio delicti. ⁊ supra. furtum. §. xxvij. ⁊. j. testis. §. xxvi. Ad ditur ⁊ q̄rtū ex quo efficitur mortale secūdum Host. s. ratione cōtēptus. s. cū quis pro nihilo h3 dicere menda tia iocosa sicut vera sicut faciūt ioca latores. ⁊ similes. ar. xxv. di. §. alias ea demum. Quod limito verū qñ etia3 si esset mortale nollet abstinere. aliter non ⁊ sic incidit cu3 primo. Additur ⁊ quintū s3 alios. s. ratione perfectio nis. sed istis nō assentio nisi vel qñ p fectio est talis q obligauit se voto vl iuramento in nullo casu mentiri vel ratione scādali. vt dictū est. Et ita cōi ter tenent doc. facit qđ supra dixi. Cir cunstantia. §. iiij. In alijs autem casi bus cōiter est veniale peccatum: nisi cōscia eis dictaret q esset mortale. q2 sic esset eis si ꝯtra tale dictamen dice rent mendatium pctm̄ mortale.

4 ¶ Utrū pdicator vl doctor semp pec cet mortalr mentiendo. R. Pa. in. iij. di. xxxviij. q nō nisi scādalū vel cōtē ptus doctrine sit sequtus. q2 si hoc scī ens mentitur peccat mortaliter. Simi liter si diceret contra id quod est faci endu3 ex necessitate. secus si ex ꝯsilio nisi ratione scandali. vt dixi.

5 ¶ Utrū liceat p alterius vita cōserua da mentiri. R. q nō. d. c. sup. eo. Et q̄ liter cūq3 dicat mendatiū semp est pec catū salte3 veniale. xxij. q. ij. per totu3. Quidā excipiūt iocosū: qđ pprie non vr mendatiū. q2 vt dr in. c. ne qs. xx. q. ij. nō fallit. q2 nouit ille cui dicitur iocandi causa fuisse dictum.

6 ¶ Utrū solū sit mēdatiū i vbo. R. q si s3 ēti simulatio opibus. xxij. q. v. caue. Et id qđ dixi de mēdatio. idē dic d si mulatōe q̄3 qs fac vt primū decipi at s3 scīm. Tho. sec⁹ d simulatōe q̄ fit pp bonū. de quo dic. vt. j. Simulatio.

MEnsa episcoporum nō debet splē dere auro vel argēto xli. di. eps vilem suppel. ectilem.

1 ℭ Quid debet esse ꝛ abesse in mensa clericorum ꝛ religiosorum. habes su pra Clericus. xi. per totum.

MEnsuras Uide. s. Falsa rius. §. xi.

MErcatio Uide. j. negocia tio.

MEretrix q̄ dicat. R. ꝙ illa que multorum libi dini patet. xxxiiij. di. vidua. Ali bi dr̄ ꝙ meretrix ē cui⁹ turpitudo ve nal' ē. xxxij. q. iiij. meretrices. ꝛ requirit ꝙ. xl. hoīes ad miserint. ſꝫ gl. in. d. c. vi dua assīat. e. latores. de cle. exco. mi.

1 ℭ Utrū sit ꝓhibitū cōmisceri cū eis R. sic de iure diuino. ꝛ peccat morta liter. d. c. meretrices.

2 ℭ Utrū accipiēs meretricē in vxorē mereatur. R. ꝙ sic. si facit vt eā a ma lo. retrahat. xxxij. q. i. non est culpan dus secus si alio malo fine.

3 ℭ Utrū teneat̄ restituere qd̄ acqrit. ex tali questu. R. ꝙ nō ſꝫ Anno. in. c. qꝛ plerique de immuni. ec. ꝛ cōmuniter doc. sed bene de bono cōsilio. nisi ac cepisset ab his q̄ alienare nō possūt. Et q̄ sint. vide supra. donatio. vl' ēt p arudem qꝛ sic teneretur.

MEritum ꝓprie dicitur ac tio que fit vt ei q̄ s ale fit iustum aliquid dari.

1 ℭ Quotuplex ex meritū. R. ſm̄ scīm Bona. in. iij. di. iiij. ar. ij. q. ij. ꝙ triplex P̄rimū dr̄ cōgrui. ꝛ istud est. qn̄ qs ex actione nō hꝫ debitū recipiēdi. sed tū illi cui fit decet dare. sicut cū homo auertit de peccato suo licet nō merea tur grām. tamē cōuenit deo vt faciēt qd̄ se est ex sua bonitate det. Secun dū est meritū digni. ꝛ istud ē cū aliqs iustus rogat p aliq̄ psona q̄ est i pec cato dignum ꝙ ppe est ꝙ iustus exau diat. Tertiū est meritū ꝯdigni. ꝛ istd̄ est qn̄ agēs habet debitū recipiēdi. ꝛ ideo cū prima ratio dādi sit amor. ipos sibile est ꝙ aliqd possit sibi facere de bitū q̄ amicitia caret. ꝓpterea existē tes ex caritatē n̄ pn̄t mereri ꝯ digno

2 ℭ Utrū aliqs possit mereri ꝛ demere ri in eodē actu. R. ꝙ nō. Quis actus aliqs ſm̄ genus nature possit eē me ritorius. ꝛ in genere moris demerito rius vt p3. xxij. q. ij. n̄ q̄libꝫ. vbi Gre. loquēs de mēdatio obstetricū dicit. Ā benignitat' eap merces q̄ eis ietter na potuit vita ftribui p̄missa culpa mē datu i terrea ē recōpēsatōe declinata

3 ℭ Quomodo aūt intētio sufficiat ad meritū vel opera. vide. s. Intentio.

MEtus est instantis vel futu ri periculi mētis tre pidatio. ff. quod me. ca. l. i.

1 ℭ Quotuplex est met⁹. R. ꝙ duplex. s. leuis. s. q̄ timet̄ leue malū vl' minās multas q̄s minās iplere n̄ habet pos sibilitatē. Et ſo metus ꝓbabilis: siue grauis q̄ dr̄ iust⁹ metus. ꝛ iste ē ille q̄ pōt cadere in cōstāte virū vel mulie rē. vt cū qs potēs iferre minat̄ mortē aut grauē cruciatum corporis. vt in. c. cū dilect⁹. extra eo. ti. aut seruitutē: seu status subuersionem. puta qꝛ scidet in strumēta vel p̄uilegia libertat'. vel de tinebit in carcerē aut stupratione. vt ff. e. ti. l. isti q̄dē. Insti. e. ti. §. i. ij. ꝛ. iij⁹ Et intellige qn̄ p̄dicta vel aliqd̄ p̄dic torum minat̄ ne dū in psona ꝓpria. ſꝫ ēt in psona liberorum. aut vxoris: aut similiū psonarum. vt. d. l. isti in fi.

2 ℭ Utrū met⁹ iust⁹ causet̄ ex iperio vl' a supplicatiōe regis vel dn̄i. R. pa. i. c. vltio q̄ ele. vel vo. ꝙ n̄: nisi sit ꝯsuet⁹ tirānice tractare n̄ obtemperātes suis p̄cib⁹: qꝛ tūc bene causat. vt tꝫ io. an. in. d. c. vltio. bar. in tractatu d̄ tirāno facit qd̄ idē bar. no. in. l. ad inuidiā C. qd̄ me. cā. vbi dicit ꝙ sola reuerētia mariti n̄ causat iustū metū i vxore: nisi p̄cesserit mine. vl' verbera. Et idē vo luit Inn. i. e. cāꝫ mr̄imonij d̄ os. dele.

3 ℭ Utrū met⁹ perdēdi bona tp̄alia: vl' grauē iacturā i eis puta maiorē p̄ sit iustus. R. pa. in. c. Abb: extra eo. ti. ꝙ sic n̄ō pōt sustentari sine illis bo nis quo quis timet p̄dere. qꝛ alioqui dr̄

q spūalia nō pñt diu eē sine tpalib⁹ .i.q.iij.si qs obiecerit. fit glo.in.l. advocati.C.d advo.diver.iudi.dicit.no. pecunia vitā hois.facit p ista opinione.c.presbyteros.50.di.r.l.pe.C.eo.ti.r di.c.Abbas.

4 ¶ Utrū met⁹ excōis sit iust⁹.R.gl. in c.olī iter de re spo.q sic.sz Jo.an.in c.cū dilect⁹ de his q vi me. distiguit q aut iuste cōminat r nō excusat qr cl'pa sua incidit in metū.l.si mlr.ff.e.ti.aut iniuste cōminat:r sic est iust⁹. cū gvis sit pēa iter hoies querfari r carere hoinū cōmertio.l.hi q sictam.C.de aposta.e.sacro.de se.ex. Et hāc distinctionē approbāt dñi de rota decisione.xl.

5 ¶ Utrū timor īfamie sit iust⁹.R.glo.i l.nec timore.ff.eo.ti.q timor infamie facti ñ causat.vt puta qr aliqs dicit q malū dicet de eo sz met⁹ infamie iur talis q hz iuris effectū iustus ē.vt i.l. isti.§.ñ.ff.eo.vbi pz q dephēsus i ali ā delicto qeqd facit ne pdat ex iusto metu facit qr pditus pt pati mortem vel cruciatū e hōi. Et hec oia intellige q causāt iustū timorē qñ qs ñ hz facile remediū puidēdi qr si posset puidere sibi puta.adeūdo supiorē vel aliū mō si puidēt.ñ eēt iust⁹ met⁹ sz sibi iputaret.ar.c.ñ.d elec.r.l.qbus dieb⁹ in pn.ff.de eōdi.r demō.r.l.q pt facer.ff.d re.iur.r.c.pastoralis.§. pterea d offi.or.qd limita.vt.i.§.r.

6 ¶ Utrū met⁹ iust⁹ excuset a pctō.R. q nō a toto:sed solū a tāto.nō tñ et a tāto q si illud ē de genere pecci mortalis q fiat veniale.c.sacris.extra.e. ti.e.ij.de homi.ij.q.i.in pmis.qr dz pati⁹ qlibet mala tollerare q̄ mala pfetire decernat.xxxij.q.v.ita ne Limita tñ pdicta ad ea q̄ sunt iur' diuini. Sec⁹ i his q̄ sūt petā mortalia ex dispōe iur' positiui.qr sic excusaret a mortali.vt pz.s. Inobediētia in pn.

7 ¶ Utrū 3ctus fact⁹ ex metu iusto sit nullus.R.vt colligo ex Pa.i.c.cum locū.de spō.e in.d.c.olī iter.q aut 3ctus regrit liberū cōsensū:aut nō.Si sic.sic 3ctus ē ipso iure nullus.Rō qr lz coacta volūtas sit voluntas.xv. q.i.merito tñ nō est volūtas libera r sic deficit qualitas libtas q̄ est de substātia 3ctus.r iō nullus. In alijs aūt vbi nō regrit liber cōsensus.non est nullus ipso iure.qr vt dixi coacta volūtas par volūtas ē.vt plene legit r notat in.l.si mulier.§.ñ.ff.eo.ti.lz veniāt acta rescindēda actiōe qd met⁹ cā.vel officio iudicis.

8 ¶ Que sūt in qbus requirit liber cōsensus.R.q p̄mo omnia q̄ sunt meritoria.vt pnia confessio.elemosyna. r hmōi q̄ si fiāt ex tali metu excludunt meritū.r perinde est ac si nō forēt facta.Excipiūtur illa in qbus imp̄mit caracter.Ut baptismus r huiusmodi qr virtute caracteris adueniēte libera volūtate cōualescūt.sed nō alia vt in c.de iudeis.xlv.di.Propterea. Criso super Mat.xxij.Qui solo timore servit deo.penā qdē euadet:sed p̄mium nō segret.qr nō vult de⁹ vt timeat vt dñs sed vt amet vt pius pater Facit ter.aug.de pe.di.vij.c.null⁹.i fi.Que vero penitet ingt nō solū oponet deum timere iudicē.sed iustum diligere nō tātū penoz timeat.sed anxiet pro gloria.hec ille.Secūdo mr̄imoniū.facit.c.notificasti.xxxiij.q.v.r.c.veniēs. el secūdo.de spōsa. r dicitū.c.cū locū. Tertio dot' pmissio vł solutō i.l. si mlr.§.si dos.ff.e.ti.qr si pncipale ñ tz nec accessoriū.de re.iur.li.vi. Quarto iurisditio.vñ prorogatio ei⁹ ex iusto metu est nulla.l.ij.ff.de iudi. r glo.in d.l.si mulier. Itē electio plati p metū facta est nulla.c.vbi piculū.§. ceterū de elec.li.vi. Quito auctoritas tutoris extorta p metū ē nulla.l.i.§.vltio.ff. de aucto.tu. Sexto absolutio ab excōicatione.de q̄.s. Excōicatio.vij. casu. xviij. Septio.testes testamētorū.vñ si i vinculis tenent.aut ab hostib⁹.nō valet.l.q testamēto.ff. de testa. Octauo votū limito verū quo ad metū mūdanū q incutit ab hoie ad h vt voueat ñ ad quo ad metū aliū pp quēcūque

dā aliqs vouet qr sic tz votū. Rō di uersitat]. q̄re votū teneat ex aliq̄ metu factū qn̄ met⁹ n̄ īferī vt vouat sz ex alio respectu ꝛ n̄ ꝑnitētia. ꝯfessio rc. ē qr tale votū sit pietati diuine ꝛ mīe quā interpellat vt eū libet a malo instāti. Et io q n̄ ꝑt si misereri accepiat ꝑmissionē. ꝛ sbsidiū īpēdit. sz in penitētia. ꝯfessiōe. ꝛ hmōi nō ꝯcurrit solū mīa sz ꝛ iustitia. Vn̄ mīa dei acceptat inquātū nō derogat diuine iustitie. s. vt nō sint merito ꝛ recōpēsatiōe sz vt sint digna vita eterna. hoc nō ꝑt. qr derogaret diuine iustitie. q̄ nō vult nisi volūtariū libera volūtate ad se ꝯuersū. ꝛ. sic nobis de regula. ꝛ in multis alijs. no. gl. in. d. c. abbas. ꝛ. d. l. mulier.

9 ¶ Quid de iuramēto metu extorto. R. vt. s. Iuramentum. v. §. ix.

10 ¶ Quid si qs veniat in talē metū ex culpa sua. R. q̄ nō sbuenitur ei nec hz seu competit ei aliqd remediū. d. l. si mlr in ꝑncipio. vbi libta cōusso crie ingratitudinis ꝛ timēs ne reuocetur in suitutē ꝑmittit aliqd dn̄o cōminanti suitutē nō audiat. Sz q̄ ad ꝯsciam distingue. Qn̄ aut talis timor ꝑt iuste incuti tali puta qr cōmisit crimē capitale cōminatur qs eū velle accusare ꝓꝑ quē timorē ille dat cētū talis sz turpit acceipiat pecuniā vt desistat ab accusādo: tn̄ restitue n̄ tn̄r de necessitate si mō ille dōare potuit. Si vo timor icutit iniuste q̄ ad deū. puta pr̄ ꝯminat iterficē adulterū cū filia. qd lz d iu. ciui. vt in. l. nec i eo. ff. de adul. sz qr nō lz q̄ ad deū. Jō ex tali timore extortū nō poterit tenere in ꝯscia nisi inquātū ē in recōpēsationē sui interesse. puta fame lese. ꝛ hmōi. alias non facit tex cum glo. in. c. inter hec xxxiij. questione. ij.

11 ¶ Utrū agēs certū qd ex metu ꝑsumatur ꝯsentire ex taciturnitate sequēti tpis. R. gl. sicto tex. i. c. accedēs d ꝯuer. ꝯiu. q̄ n̄ nisi interueniat aliqs actus positiu⁹ approbatiu⁹ ꝑmi actus vt in. l. ij. ꝛ. l. pe. C. eo. ꝛ ꝑ Jnn. in. c. si per eo de renū. ꝛ facit. c. ad id qd. de spon. vbi spōsa q̄ metu ꝯtrē si cohitat viro spōte ꝑsumitur mr̄imoniū. maxime si interuenit copula tacit. c. vnicū. de despon. impu. li. vi.

12 ¶ Utrū ꝓbari metū ex q̄ amisit bona sua stet ei⁹ iuramēto circa quātitatē bonoꝝ. R. pa. in. c. si. ex. eo. q̄ sic si i iuste metū incussit ꝛ ꝯ eū q incussit. Secu⁹ si ageret ꝯ villā in cui⁹ territorio ē scuī. nā oz ꝓbet ꝑ alios. ꝛ pōt adducere socios ꝛ familiares ꝓꝑ difficultatē. ꝓbādi. bon⁹ tex. ē in. l. ꝯsensu. C. d repu. a i. c. veniēs. el. ij. d testi.

13 ¶ Utrū met⁹ ꝓbabilis vel leuis sitr annullet. R. q̄ nec excusat. nec rescīdit nec annullet. a ds ille q cadit in virū leuē: aut vecordē q timet vel timēdus nō est. ꝛ di meticulosus. ff. eo. l. metū. qr nō tollit actū regrētē liberū ꝯsensuz vt notat Pa. in. d. c. veniens el. ij. de spō. sz q̄ ad cōsciaz. dic. vt. §. xv.

14 ¶ Utrū ille q ꝑ metū extorsit aliqd teneant. R. Hir. eo. ti. q̄ sic. ꝛ secūdū leges pōt agi ꝯ eū ēt q̄ ad penā si agat i. anū. Sed post anū nō sed solū quo ad rei ꝑsecutionē. qr ꝑtorie actiones sūt ꝑpetue quo ad rei persecutionē. sz quo ad penā sūt tēporales. Insti. de perpe. ꝛ tēpora. ac. in ꝑn. ff. d vi a vi. ar. l. i. §. sz si ꝑ metū. ff. q̄ me. cā. l. si cū exceptiōe. §. i. ij. ꝛ. iij Secundū tn̄ canonea etiā ad penā post annū qr nulla cōditio tpis pōt opponi. iij. q. i. c. redintegrāda. ꝛ ibi per doc. Et nō soluz tenetur de his que habuit ꝑ talē metum sed de oibus que amisit ille cui talem intulit metum. d. l. si. cū. §. pedius qr met⁹ fuit cā seu actio amissiōis. d. l. si cum. §. in hac actiōe. concor. Inno. a Hosti. in. c. si. eo. ti.

15 ¶ Quid si met⁹ sit solū obtiorē fuerē iste. R. q̄ datū ex tali timore ē oio restituēdū si datū sit ꝯ volūtatē dātis. Fa cit. l. i. § q̄ honorāde ad si. ff. q̄. re. ac. nō de. Vn̄. quādocūq nō adest volūtas dāl rem in dādo nisi ex metu acceptū est restituēdū. nisi fuerit i culpa metus. sz q̄ supra dixi. §. decimo. Nec

obstat.l.vani.ff.de re.iur.z.l.metum ff.q me.cau.qz loquuntur quo ad forum contentiosum.

16 ¶ In q differt metus a vi.R. Pa.in d.c.sacris.q metus est vis conditionata.scilicet cu dicit.i.iterficia te si no feceris sic.z hmoi.c.ad audietia extra eo.Et fit sine violetia corporali. Vis aute est queda coactio qua qs ligatus cogitur facere aliqd corporale z dicitur vis absoluta.z hec excusat a toto si intrinsecus no cosentit qz no dr qs agere sed potius pati.d.c.sacris. Lex aute magis large accipit dices. Vis e impetus maioris rei cui resisti no pt.l.ij.comode.ff.quod me.causa.l.i.z.ij.de pac.Quis.li.vi.

Milites

Milites nostri temporis licet no habeat insignia observatie veteris habent tn insignia observantie noue fm bald. in l.i.C.qui bo.ce.pos.allegat i.ar.c.translatio de consti.

Additio

Additio mi no gaudent privilegijs militaribus quia eoz militia no est pvilegiata z in eoruz actib9 debet viuiure coi vt coiter tenetur p doc. Ly.in.l.p.C. de iuris z facti igno.Salicetu z Bar.in.l. filius familias.§.veterani.ff.de pcura.bal. in l.intestia.C.de testa.qz no hnt illa regsita in militibus sz magis sunt pmoti.ad popam vt dicit bal. vbi.s.

1 ¶ Quis non pot esse miles.R.q impugnantes securitates nauigantiu.z hostes publici z infames milites esse no pnt.vt.l.i.in ver. optimos fidelissimosqz comilitones.ff.de testa.mili.

2 ¶ Utru miles possit incarcerari. p debito cotractus vel vltie volutatis.R. Bal.vbi supra q non. Sed bar.in.l. miles.ff.de re iudi.limitat ad debitu contractum in castris solum.

3 ¶ Quomodo instituantur. z de eoz priuilegijs habes i.l.penul.ff.ex qui. ca.ma.in glo.

4 ¶ Utru ars militie sit licita.R.q sic si debito modo fiat.xxiij.q.i.militare de quo dic vt supra.Bellu. Lz ei mi-litibus se exercere in his q nulli sunt nociua ca exercitij puta in cursitationibus equoz in piciendo tella.z huiusmodi.in qbus no iminet pbabile piculu pximi.sicut i torneametis iminet.z ido phibetur.facit ad hoc.ij.R. primo vbi dauid pcepit vt docerent filios filr arcu.i.arte sagitandi.

Minor

Minor quis dicatur.R.q ille q no hz.xxv. an no copletum.ff. de mino.l.i.

1 ¶ Utz minor possit petere restitutione in integru no solu in lesione q deuenit de patrimonio:sed etiaz in lesione lucri cessantis.R.q sic vsqz ad qdriennium postq ipleuit vigesimu qntuz annu.de his tn solu in quibus lesus est infra vigesimum quintum annu. vide glo.in.c.ij.de resti.in inte.

2 ¶ Utru teneat gesta cu minore sine auctoritate curatoris.R. Pa.in.c.in presentia.de pba.q si intrat religionez potest alienare omnia bona sua.quia fingitur mori l.deo nobis.C. de epis z cle.sed no intrado non pot alienare etiam in pias causas.

3 ¶ Minor si renūciauit beneficio ecclastico no restituitur.qz in spiritualibus vt maior admittitur z agit z conuenitur.ff.de mio.l.sit ptor in gl. i pn.

Miserabiles

Miserabiles persone que dicatur.R. fm Inno.in.c.significantib9 de offi.delega.z Pa.in.c.lz de censi. q sunt ceci.z alij morbo laborates.q pnt auxiliu ab ecclia iplorare qn nimis aggrauatur in collectis facit.d. c.significantibus z q ibi notatur.

1 ¶ Utru ceci z alij morbo laborantes ppetuo excusentur a mueribus.R. Pa. in dicto.c.licet q sic a personalibus. q iponunt psonis:vt.l.ij.C.q.mo.se.excu.A realibus aute muneribus ordinarijs no excusantur.nisi princeps velit ea remittere.C.de vaca.mu.z de mune patri.quasi per totum.secus si sunt extraordinaria qz no tenetur ad illa.l.vnica.C.de supindic. facit.c.idt catu.lxxxviij.di.z quando dicantur

realis ordinaria. vel extraordinaria. Uide. j. Munus.

Missa secūdū Hug. de sancto vic. ue sacris li. xi. dicit quasi trāsmissa. eo quod populus p ministeriū sacerdotis q mediatoris vice fungitur īter deū ⁊ hoīes. preces vota ⁊ oblatōes trāsmittat deo.

1 ℭ Missa a quo dz celebrari. R. q a solo sacerdote rite ordiato. de sum. tri. c. i. firma de cōse. di. i. c. i. in fi.

2 ℭ Utrū existēs in mortali vel pollut⁹ nocturna pollutōe licite celebret. vide s. Eucharistia. iij. §. xviij. ⁊ §. xxix.

3 ℭ Utrū sacerdos q nō est ieiun⁹ possit celebrare. R. secūdū Sco. in quarto distīctōe octaua. q nō. vij. q. pmo nihil de cōse. di. ij. liqdo. ⁊ taliter uz esse ieiun⁹ q circa mediā noctē nihil sūpserit qūtūcūqz minimū etiā si sit species: vel electuariū: vel medicina. qz ea non dicit nullus post cibum potūqz quēlibet minimū sūptū missas facere psumat. vij. q. i. nihil. imo plus ibi dicit glo. q etiā si ante mediā nocte sumpsisset cibū. Et adhuc sentiret eructuationes ⁊ cibū non debz celebrare de conse. distin. ij. tribus. ⁊ hostiē. de sacerdo. in. c. si consiterit.

4 ℭ Quid de reliqs cibi remanentib⁹ in ore. R. q si casualiter deglutiantur nō ipediūt. qz nō trahiciūtur p modū cibi vel potus. sed per modū saliue. secūdū sanctū Tho. in tertia parte. questione octaua.

5 ℭ Quid si sacerdos in mane lauādo os deglutiat stillā aque. R. q pōt celebrare: nisi fecerit ex ꝓposito. ar. xxiij. q. v. de occidēdis. xv. q. vi. c. i. concor. Ricar. in. iiij. di. viij. Tho. vero dicit vez: nisi trahiciatur i magna qūtitate

6 ℭ Quid si cib⁹ sit digestus. sed tū nō dormiuit p totā noctē. R. q pōt celebrare: qz solū ges tp̄s ⁊ digestio regruntur ſz Jo. Bar brix ⁊ archi. in. d. c. nihil ⁊ Hostie. ⁊ Pa. in. d. c. si cōstiterit. licet ibi glo. videatur sentire contrarium sed male.

7 ℭ Quomodo debet celebrare. R. q debet seruari ordinarium misse. tam in dicendis q̄ etiam in actibus.

8 ℭ Utrū dēat celebrare capite discoperto. R. q sic. de conse. di. i. c. nullus epūs. Uñ q sine rōnabili cā celebraret capite copto peccaret mortalr. secus si ex aliq rationabili cā pp verbū temere positum in. d. c. nullus.

9 ℭ Quid si post inceptā missaz desistat. R. q si sine rōnabili cā dimittit peccat mortalr. als. n vt i. d. c. nullus

10 ℭ Quādo euāgeliū legitur oēs dēnt stare nō sedere nec genuflexi manere vt in. c. auctoritate. de conse. di. i.

11 ℭ Utz dēat aliqd aliud dici a sacerdote q̄ qd cōtinet i missali. R. q nō ar. c. visūz. ⁊ c. de noib⁹. de cōse. di. i. Cogitari tñ pōt qcūqz deuota secundū sanctū bona. sed non exprimi.

Homicida q̄uo tīr ad restitutionē. Et. fm Sco. in. iiij. di. xv. ꝙ tīr totā vitā suam expendere ꝯtra infideles vel hereticos in satisfactionē occisi vel in orationibus ieiuniis ꝛ hmōi. qđ si nō pōt vel nō vult hoc facere tīr saltē ad aliquā restitutionē arbitrio boni viri ꝛ vltra eam teneat̄ placare lesos ꝙtum potest ꝛ si occisus aliquos sustentabat tīr illis ad tantā satisfactionē ꝙtam vtilitatem siue lucri occisus dedisset ꝛ extimabit̄ fm tp̄s quo verisimiliter vixisset ꝛ operaturus sicut extimat̄. l. hereditatum cōputationē. ff. ad. l. falci. ꝛ. l. cū hi. §. modus quoqꝫ. ff. de transactio. Cōsiderabit̄ ergo ars quam faciebat qualitas ꝑsone. ꝛ etas. ꝛ lucrū quod acgrebat. ꝛ hmōi. vt fiat digna restitutio qđ limito verū. nisi q̄s aliquē occidisset q̄ eum aggressus est. ꝛ occidisset causa sue defensionis licet aliqualiter modū excessisset. q̄ talis nō sic stricte teneret̄ q̄ difficillimū est iustū tempare dolorē. Itē nisi q̄s ordine iusticie interfecisset. Idē dic de vulnerante aliquē irremediabiliter. puta abscindendo mēbrum vel mutilando ꝙ tenet̄ nō solū ad placationē lesi ꝛ expēsas i Medicos. Sꝫ etiā ad oē lucrū qđ potuisset acqrere. Si aūt vulnerauit remedialiter nō tīr vltra predicta de placatione ꝛ expensis nisi ad lucrū quod ꝑdidit tpe infirmitatis. si fuisset lucraturus. His ꝯcordat Ri. ꝛ Landul. in. iiij. ea. di.

Horas canonicas clericus non dicens q̄uo tīr. vide Hora §. ix. ꝛ. xi.

Hospitalarij q̄n tenentur restituere vide hospitale. §. iij.

Ieiuniū frangēs an teneat̄ ad restitutionē. vide Ieiuniū. §. xx.

Immunitatem frangens ecclesie quomodo tenetur vide Immunitas. §. xx. xxx. xxxi. xxxij. xxxv. xxxvi.

Impediens aliquē a ꝯsecutione alicuius bñficij. vtrū teneat̄ ad restitutionē puta volebā emere possessionē ꝛ tu impediuisti. vel aliqs volebat legare mihi aut donare. ꝛ tu obuiasti. ꝛ hmōi. Et. fm Ri. in. iiij. di. xv. ꝙ aut talis impedimit aio dānificandi ꝓximū. ꝛ sic tenetur arbitrio boni viri dānificato. nō tñ tm̄ ꝙtū erat illud bñficium qđ nōdum habuerat. maxime q̄n als ne habere potuit ipediri. Facit ad hoc insti. de re. diui. §. illud quesitū. vbi hr̄. ꝙ si q̄s bestiā vulnerauerit. ꝛ fugiēs aliūs eam acceperit. ꝙ sit accipientis. ratio ibi ponitur q̄ multa accidere potuissent ne vulnerans eā haberet. Dicit tñ Tho. xxij. q. lxij. ꝙ si iā erat determinatum ꝙ talis tenetur ad equiualentia de quo habes. s. Legatū ꝑ vno. §. xxiij.

sunt fecit animo ꝯsulendi proprie vtili tati. ⁊ sic nõ tenetur si hoc procurauit per viam licitam ⁊ modo licito. ar. ad hoc in. l. ij. ff. de noui. ope. nũcia. ⁊ in. l. si in me o. ff. de aqua plu. arcen. vñ di- cit tex. in. l. nemo. ff. de re. iu. nemo dã- num facit nisi q id facit qd facere ius nõ hꝫ fallit hoc in casu. de quo. s. Cle- ricus. xiij. §. vij. Utrũ impediens rusti cum iniuste ne operas suas exequatur aut piscatores vel aucupes a captione piscium vel auium teneat ad restitutõez R. q sic ratio q2 qñ res est ad aliquid destinata naturaliter q ipsam iniuste ĩpedit tñr ꝯm q no. in. l. i. ff. de in li. iu- ran. ⁊ in. l. si idẽ. ff. de iur. oium iudi. ⁊ p bar. in. l. inter stipulantẽ. §. sacraꝫ. ff. de verbo. obli. Et idõ q2 rustico ⁊ vena tori aufert suus ꝓprius vsus q erat sui ꝓprij iuris ⁊ fructus in eoꝝ vsu casua liter ⁊ qsi sciẽtialr ꝯtẽtus. idõ tñr ad re- stitutionẽ dãni arbitrio boni viri q bo nus vir attẽdet si verisilr talẽ vtilitatez hũisset ⁊ sic restitui faciet. Si ꝟo verisi- militer nõ fuisset secuta sic nihil faciet restituere qd plꝫ bar. in. d. §. sacrã. Et de hoc vid. j. Usura ꝑmo. §. lxxvij. i fi.

¶ Sed qd de fodiẽtibus femina agri R. ꝯm Rodo. q nõ tenenẽ ad oẽ quod poterat ꝑuenire sed ad tm solũ qntum fruct⁹ agri i dubio illo vẽdi potuissent.

Incendiarius qño teneaẽ. vide. incen- diarius §. ij.

Incẽdiũ patiẽtib⁹ rapiẽs res qño tñr vl distruẽs domũ vid. vide. §. iij. ⁊ iiij.

Infideles spolians qño teneatur vide Infidelitas. §. vij.

Iniuriator qño tñr vid Iniuria. §. vi.

Inquisitor qñ tenetur restituere vide Inqsitor. §. v.

Insignia aliena assumẽtes cuꝫ decipiũ tur ꝓpli an teneanẽ ad restitutionẽ. R. q sic ⁊ illi quius. sĩgna acceperũt si ali qd dãnũ est passus ⁊ ꝓplo decepto ⁊ de hoc vide. s. Insignia ꝑ totũ.

Inuenta qño sint restituẽda ⁊ qñ vid s. Inuenta ꝑ totũ ⁊ furtũ. §. xxix.

Iudeus qño tñr restituere lucratũ ex officio publico vide iudeus. §. xiij. ⁊ vltı

Iudicãs ꝯm allegata qñ tñr vide iudi care. §. vij.

Iudex petẽs salariũ vel aliud qño tene tur vide iudex. §. viij. cũ sequẽtibus.

Iudex si ex negligẽtia dãnificauit qño tñr. §. xxi. ⁊ xxiij.

Iudex ex malitia dãs iniustã sniaꝫ vel grauãs ꝑtes in nõ dãdo sniaꝫ ⁊ hmõi vide ibidem.

¶ Utrũ iudices q deputantur applis vt iudicẽt in aliquibus causis q2 credũ tur boni viri lꝫ sint iudices ignari tene antur ad restitutionẽ si ex ignorãtia de derunt iniustã sniam. R. q si sic fuerũt in culpa ad iquireñ. ꝑitos aut alio mõ. Si vero de ꝯsilio ꝑitoꝝ ipsaꝫ dederũt ⁊ bona fide non tenẽtur eo quia tales nõ profitentur se ꝑitos nec locãt se pro iudicibus.

¶ Utrũ iudex q ꝓp metũ iniuste iudica uit teneaẽ ad restitutionẽ R. q si met⁹ fuit q potuit cadere in ꝯstãtẽ viꝝ ⁊ cũ accipit offiñ non credebat verisilr ad istud venire lꝫ mortalr peccauerit tñ nõ tñr ad restitutionẽ. Si vero nõ est metus qui potuit cadere in constan- tem virum vel cum accipit officiuꝫ du bitabat de eo vel verisimiliter poterat credere tunc ꝯm bal. in. l. fi. C. de pe. iu. qui ma. iudi. tenetur ad omne dannũ ij. q. i. in primis.

¶ Quid de iudicibus vel officialibus q occidũt malefactores sine sacrõꝝ ꝑ- ceptione. R. q si petabant ea mortalr peccauerũt ⁊ animę ipsorũ erunt pro ipsis Cle. i. de pe. ⁊ re.

¶ Lędens ꝓximũ in ꝑsona aut in bo- nis non a proposito sed ex alqua cul- pa qño ⁊ qñ teneatur siue per se leserit aut per suos vel sua animalia est scieñ. ꝯm doc. in. c. fi. de iniur. q triplex est actio vna que dicitur legis acquilie ⁊ hac actione directa tenetur quicũqꝫ li- ber homo dãnum dedit sua culpa pu ea apiendo. cisternam in via publica vel proiciendo lapides vbi hoies tran seunt ⁊ hmõi. Indirecta aũt vel vtili tenetur qñ aliqd aial suũ vel ser- uus sua culpa aut negligẽtia dãnũ de

dit puta si equus te instigãte recalcitra uit z aliquẽ lesit vł aĩal qđ erat fer vt sunt lupi leones canes mordaces z hu iusmõi q̃ cõiter nocere tentãt tenebas in publico nõ tañ ligata ꝙ nõ possent nocere vel qꝛ tenebas in domo z aliqˢ missus a te lesus fuit z talis tenetur ad oẽ dãnũ qđ ex culpa sua dedit primo si põt recõpẽsari si non põt satisfaciat arbitrio boni viri. Scđa dicit̃ actio de paupie z hac actiõe tenet̃ qñ qñ sine sua culpa aĩal suũ alicui damnũ dedit puta bos nõ cornupetit nec equ⁹ recal citrat sm̃ cõsuetudinẽ ũi preter ꝯsuetu dinẽ z sine culpa sua calcitrando lesit aliquẽ z tunc nõ tenetur ad aliud nisi solũ ad dãdum aĩal ꝑdictũ vel si nõ vult dare satisfaciat leso. Tertia actio dr̃ noxal' z hac actiõe tñr qñ qñ ei⁹ ser uus sine culpa dãnũ dđu z iste silr tñr vt dcm̃ ẽ de actiõe de paupie z de his oĩbus vide glo. z doct. in. l. i. ff. si qua. pau. fe. di. Et infra e.

32 ℭ Utrũ ꝓiciẽs aliquid de domo sua in via publica q̃ lesit aliquẽ vel ĩ vesti mẽtis vel ĩ ꝑsona teneat̃. R. sm̃ Spe. ti. de iniur. §. sequitur ꝙ sic silr tñr si te nebat appẽsũ extra domũ sup viã pu blicã z effusũ ẽ Idẽ dic de laborãte ni si ponat signa vel faciat ꝓclamata.

33 ℭ Utrũ ꝑcidẽs arborẽ vicini sui q̃ pẽ dẽs sup domũ ei⁹ dabat ei dãnũ tene atur. R. sꝫ Spe. vbi. s. ꝙ nõ si fecit au ctoritate iudicis. l. plures. §. i. ff. de arb. fur cesa. vel ẽt auctẽ ꝓpria si tñ denun ciauerit illi cuius erat incideret vero ẽ qđ hec denũciatio ꝓp torũ cõtentiosũ dꝫ fieri ꝑ publicũ instrũm aduerte ẽt ꝙ si incideret ita male ꝙ nihil de ea pos set fieri cũ ali' posset incidi vtiliter ꝙ teneret in cõscĩa ad tale dãnũ.

34 ℭ Quid d illis qui ĩpediũt ne frumẽ tũ vel alie merces veniãt in aliq̃ terra vt ipsi⁹ cari⁹ vẽdãt. R. ꝙ tenent̃ resti tuere illud quo plus vẽdiderũt z ẽi sa tisfacere illis q̃s ĩpedierũt si aliqđ dã nũ sũt passi silr dic de illis qui concor dãt oẽs merces emere vt postea ad li bitũ vẽdãt ꝙ tenet̃ ad oẽ dãnũ. l. y. ff.

ad. l. Jul. de ãno. z in glo. in. l. ĩnnona de va. z extraor. cri.

ℭ Utrũ ciues deputati ad diuidẽn col lectas oĩbus sm̃ extimationẽ quã hñt in registro cõitatis qui aliquos magis grauãt debito z alios exonerãt tenẽãt. R. sm̃ Mo ti iuj. rest. ꝙ si plus debito grauãt aliquẽ tenẽtur ei ad illud plus Si aũt alleuiãt vel amicos suos z col lecta est determinata puta de cẽtũ. tũc tñr silr restituere illud alleuiamẽtũ illis quib⁹ damnũ dederũt vt puta qꝛ sepi us est iterata illa collecta sup ciues z tũc tenent̃ ciuib⁹. vel qꝛ dñs qui debat hre minus debito hũit sꝫ iustitiã z tũc dño tenẽtur. Si vo collecta erat inde terminata puta qꝛ debebãt exigere q̃ tũ poterãt honesto mõ tũc lꝫ mortal̃r peccẽt se z alios alleuiãdo qꝛ mentiũ tur saltem facto ꝑniciose xxij. q. ij. pri mu in tñ nõ tenentur restituere.

ℭ Utrũ illi q cũ sint ĩgrãtes assumũt aliq̃ officia ex qbus ꝓximi dãnificãtur vt sunt notarii iudices z huiusmõi tene antur vide culpa. § vi.

ℭ Quid de tenẽtib⁹ columbas ĩ colũ barija. R. sm̃ Pe. de palu. in. iiij. ꝙ te nentur ad restitutionẽ de dãnis datis dñis agroꝝ qđ limito verũ qñ eas nõ debite pascunt vel si tñ de possessiõi bus circũ circa hñt ꝙ verisilr in ipsis vt plurimũ pascãtur qđ iudicio boni viri credo sit termĩnãdũ Alit̃. vero li. v. ti. xxix. refert q̃sdã tenere ꝙ tãtũ vti litat' ꝑstãt ĩ comedẽdo vermes z sterco rizãdo q̃tũ dãni z iđ dic ñ ꝑcipitãdã sniam z sm̃ predicta hẽs quid dicen dũ ẽ de tenẽtibus quecũqꝫ animalia.

Legata defunctoꝝ non implẽtes quo modo tenentur vide executor.

Legata impediẽtes vide legatũ ꝑmo. § xxxiij. z §. Impediens.

Legem iniquã cõdentes quõ tenẽtur vide lex § xxij.

Libellos famosos facientes quomodo tenẽãtur. vide Libellus famosus. § ij.

Literis damnificans quomõ tenetur vide. i. scripturas.

Litigantes temere quõ tenen. vide Li

ligiosa res.§.ij.ꝛ.3.Argumētū.
Locatoꝛ ꝛ cōductoꝛ quō tenetur.vide locatio.§.iij.xxiij xxv.Et familia.§.ij.
Ludens quō teneatur ꝛ qn̄ vide lud⁹ §.ij.vij.ꝛ.viij.
Magister.Utrum teneatur restituere exacta a scolarib⁹.vide magister.§.xi.
Mādans qn̄ teneatur vide Mādatū §.v.ꝛ Furtum.§.xvij.
Medicus qn̄ tenetur vide Medic⁹.§.i.
Meretrix qn̄ tenetur restituere vide su pra Meretrix.§ vltimo.
Metus causa aliquid acquirens an te neneatur ad restitutionez. vide metus §.xiiij.ꝛ.xv.
Missas pmittens diuersis psonis quo mō teneatur.§.iiij.in.c.missa.
Monasteriū qn̄ tenetur ex facto mōa ci.vide monasterium in principio.
Morosus in soluendo quod tenetur quomodo obligatur ad interesse. vi de mora.§.ij.
Morosus in reddēda alteri re.vtrum teneatur si perit.ꝛc ꝙ sic qualitercunqꝫ ꝛ quōcūqꝫ pteriit scđm Accursiū in .l.ꝙ te.ff.de rebus cre.ꝛ probatur p .l.cum res.§.vltimo.ff.de leg.i.Quod limito in cōscientia verū nisi eodem modo fuisset peritura apud aliuz.
Mulier q̄ non est publica meretrix. Utrū tenetur restituere acqsitū ex ope re luxurie.ꝛc.Cy.vꝫ tenere. p sic in.l. cum te.C.de cōdi.ob cām aliq. in Mo nal.ti.Restitutio ij.tenent ꝙ non tene tur in foro anime de necessitate:sꝫ fisc⁹ iniuste acqsita possit auferre p.l.lucius ff.de iure fisci Sed ego distinguo pro cōcordia eorū q̄ no.in.c. qꝛ plerīqꝫ de imu.ec.ꝛ in.c.trāsmissa deci.ꝛ in.c.nō sane.xiiij.q.v.ꝙ aut ista mulier facit dānum alteri puta qꝛ scientibus vici nis suis cōmittit adulteriū pp̄ter pecu niā.vel aliud qđ sibi datur.ex quo red ditur in vilipendiuz apud alios vir e⁹ ꝛ sic tenetur de necessitate satisfacere iniurie facte alteri.ꝛ iō ei restituere in satisfactionem. Aut facit sine alterius infamia puta qꝛ occulte ꝛ ignoratur.ꝛ sic non tenetur restituere de necessita te in foro anime qꝛ cū nulliū ledat nisi seipsaz ideo nō habebit satisfacere nisi deo p pniam. Idez dic.de masculo qui pp̄ scelus aliquid recipit.ꝛ idem de q̄cūqꝫ recipiente aliqd propter aliquaz turpitudinem secundum predictaz di stinctionem.presupposito.ꝙ illa q dat potest dare cui vult.
Naufragiū paciētes predātes q̄modo tenentur vide Naufragiū §.i.ij. ꝛ.iij.
Nauta quando tenetur.vide Nauta in principio.
Negligens in suo officio quō tenetur vide Negligentia.§.ij.
Omittens facere quod tenetur ne dā num detur proximo quomodo tenea tur vide furtuz.§.xxvi.
Officiales accipiēdo aliqd a litigātib⁹ quō tenētur.vide iudex.§.ix.
Pacto nudo quomodo tenetur. vide Pactum.§.iiij.
Palpās quō tenetur.vid Furtū.§ xxi.
Participātes i dāno pximi. ꝛ qt mo dis.vide Furtū.§.xiij.cū sequētibus.
Pedagia exigēs vel fraudās qn̄ tene tur vide pedagium per totum.
Penam quando quis tenetur soluere vide pena per totum.
Permutatio facta in dānū qn̄ est resti tuēda.vide Permutatio.§.xi.
Pignus accipiens quomodo tenea tur vide pignus.§.xij vsqꝫ.§.xix.
Possessoꝛ bone fidei quō teneatur.vi de fructus per totum.
Quis dicitur malefidei possessoꝛ.ꝛc.Fꝫ Pa.in.c.grauis.de re.spo.ꝙ est⁹is qui possidet rem ꝛ scit ad aliuz pertinere. Et econtra Bonefidei possessoꝛ est qui cum ignoret se possidere alienum pos sidet cognitione domini tex.est in.c.si virgo.xxxiiij.q.ij.
Possessoꝛ male fidei vtrū teneatur re stituere nō solū rē quā mala fide possi det sꝫ ēt ꝛ fructus ipsius rei.ꝛc. ꝙ qui libet malefidei possessoꝛ tenetur resti tuere reꝫ si extat.c.si res.xiiij.q.vi.ꝛ.c. cū tu de vsu.vel si perit aut est deterio rata tenetur eā restituere ſm extimatio nē illam ꝛ distinctionē de qua dixi.§.

hic teneri emētē rem raptam scienter tenetur ēt nō solū ad fructus pceptos sed ad illos q̄s ipse dñs pcepisset si eaȝ possidisset.c.grauis de restitu.spo.ꝛ in l.re furtiua.ff.de cōdi.fur.ꝛ.l.si nauis §.vltimo.ff.de rei vend.intellige si res erat fructuosa.de fructibus qui honeste pcipi potuerunt.l.fructus.ff.de rei vēdi.Et quo ad conscientiā limito verū si dñs eos pcepisset si talis nō occupasset pbabiliter.quia si nihilominus nullos fructus hūisset.vt puta.q2 omnino non locasset domum sic in ɔscia nō tenet.Limito etiā predicta vera q̄ ad possessorē malefidei q rē habuit sine aliquo titulo.vt.l.q̄si aliter.ff.de re.iur.Sed ad possessorē pdictū q rē habuit cū titulo tene ꝙ n̄ tenet nisi de fructibus perceptis ꝛ nō pcipiēdis.l.fundum.C.de rei vēdi.nisi talis titulus habitus fuerit p metū q2 tūc teneret ēt d̄ pcipiendis.l.sed ꝛ partus.ff.ꝙ me.cā. vbi glo.addit tres alios casus.in q̄bus possidēs mala fide etiā cū titulo tenet de pcipiēdis. Primus est quādo titulus est habitus ꝯ interdicta legum .l. quēadmodū.C.de agri.censi.ꝛ colo. Secundus est quādo titulus habetur in fraudem creditorū.l.i.ff.de his.q̄ in frau.cre.tertius est quando titulus habetur ex emptiōe rei fiscalis sine debita solennitate.nec distinguo in istis possessoribus malefidei. Utruȝ res restituenda fuerit aliena pōt quia non transiuit in dominiū eiꝰ aut fuerit alteri debita puta quia de iure ciuili transiuit in dominium eius sed tn̄ cū obligatione restitutionis:quia qualitercunqȝ tenetur fructus restituere fm̄ distinctionē predictam vt patet.l.cū fundus ff.si cer.pe.ꝛ.l.indebiti in principio.ff. de condi.inde.Et clarius in.l. videamus.§.in fauiana quocunqȝ.ff.d̄ vsu. vbi dicit. Tertius Nam verbū restituas quod in hac re pretor dixit:plenam habet significationē.vt fructus quoqȝ restituantur ꝛ ideo cum restitui pretor iusserit veluti interdicto.vnde vi.etiaȝ fructus sunt restituendi.hec ibi. Ergo

a fortiori cū deꝰ vl̄ sacri canones hōt dicūt Et de hoc vide Pa.i.c.grauis de resti.spo.ꝛ gl.i.c.nō liceat pape.xij. q.ij.Quid si res non sit lucrosa nisi ex industria tantuȝ vt sunt pecunie ꝛ huiusmodi R̷.fm̄ cōmunem opi.theologorum vt patet per Sco.ꝛ Ricar.in.iiij.di.xv.ꝙ nō tenet restituere lucrum sed sufficit restituat principale acceptū ꝛ hoc tene in conscientia quo ad necessitatem q̄uis aliqui velint ꝙ ēt teneatur restituere Lucrū vt no.Archi.xiiij. q.iiij.Si quis vsurā Nota tamen secūdum Sco.ꝛ Ricar.vbi.s̄ ꝙ si directe dedit damnum puta quis fuit necesse propter carentiam talis rei creditoreȝ emere frumentum tempore quo magis valebat.vel recipere ab alio sb̄ vsuris vel possessiones distrahere p minori p̄cio ꝛ huiusmodi ꝙ tenetur satisfacere dānū passo.Uñ p regula nō istaȝ distinctionē ꝙ aliud esse causatiuū alicuius effectus sufficienter ꝛ efficaciter ita ꝙ sine eo non sequretur ꝛ talis tenetur ad restitutionē dāni causati. Aliud est eē causatiuū alicuius dāni sed non sufficiēter ꝛ efficaciter ꝛ talis licet peccent non tn̄ tenetur restitutioneȝ.
Quid de expēsis factis in re q̄ qs possidet mala fide vide.s̄ expēse.§.ij.
Prescriptio an excuset a restitutiōe vi de eodē.§ xiiij.ꝛ infra vsucaptio.
Raptor quomodo teneatur vide .s̄. Raptor.§.i ꝛ.ii.
Quid de vxore filijs aut alijs q viuūt de rebus raptorū.R̷.ꝙ aut talis raptor p talē consumptionē aut receptioneȝ nō efficit n̄ soluēdo ꝛ tūc dico fm̄ alex. lōbar.ꝙ licite de hm̄oi boni raptoris pñt viuere ꝛ recipere dūmō nō viuant de impie acq̄sitis in specie vel numero puta de oue capone ꝛ hm̄oi raptis q̄d si ita sunt mixta ꝙ nesciunt discernere tūc habeāt in mente semper viuere de iuste acquisitis ꝛ sic licȝ fm̄ predictuȝ Alex.cum quo cōcor.Waldensis ꝛ glo Ray.de talibus aūt īpie acq̄sitis que non transeunt in dominium raptoris nullo mō licet alicui viuere nisi in casu

bus de quibus infra dicis qñ nõ est sol
uendo. Si vero ex tali cõsũptione effi-
citur non soluendo puta quia tãta sũt
que debet restituere qñta oĩa que habz
tunc non licet alicui de talibus viuere
nisi in .iiij. casibus. primus qñ ps agit
negocium spoliatorum .s. inducendo
raptores ad restitutionẽ ar. c. qm̃ mul
tos. xi. q. iij. z c. inter alia de sen. excõi.
quod limitat Rodo. verum qñ conti-
nue instant oportunis horis nõ de illis
qui solũ semel in anno vel vix instant
z hoc siue faciãt in generali predicatõ
ne vt predicatores: siue spãli persuasio
ne siue sequat vtilitas siue non. l. sed
et si vitro. ff. de nego. ge. qd limito ẽt bz
directo. titulo de restitutionibus verũ
si spes correctiõis habeatur z si fiat cũ
tali moderamine q pp hoc nõ efficiat
nõ soluẽdo in totũ vel in magna pte
alias non liceret ar. ij. q. vi. c. anteriorũ
Secũdus quãdo nec per elemosynaz
nec alio mõ honesto potest necessaria
vite inuenire nã necessitas non habet
legẽ de conse. di. i. Sicut z di. v. disci-
pulos z de re. iu. qd nõ est cũ magna
tñ parcitate debet sumere z dolere in
mẽte atqz proponere satisfatere si pos-
sibilitas adueniret Tertius est cũ vtili
ter laborat bona raptoris augmẽtãdo
siue cõseruãdo aut curãdo z huiusmo
di q hoc cedit in vtilitatẽ creditorum
Intellige si vtilitas est tanta qñtus sũ-
ptus aliter nõ z qd nõ viuat vel acci-
piat de impie acqsitis i specie. Quar-
tus casus est quando quis habet mlta
incerta restituere z episcopus cũ ipso
dispensauerit vt de ipsis incertis tãqz
pauper viuat No. ẽt q precium rerum
raptaz venditaz nõ est furtiuũ. l. qui
vas. §. si. ff. de fur.

Ratũ hñs dãnũ. primi quomodo te
netur vide. s. furtũ. §. xx.

Receptator dãnificantiũ proximum
vel rerum ablatarum quõ tenetur vi-
de furtũ. §. xxij. xxiij. z xxv.

Religiosũ retrahẽs vl a religiõe fmo
uens aliquez quomõ teneat. Uide re
ligio. §. lxiij.

Repressalias faciẽns vel concedens qñ
teneatur Uide Represalia. §. ij.

Reuelare nolens rẽ furataz proximo
qñ tenet Uide furtũ. §. xxvij.

Rixam faciens quomodo tenetur Ui
de Rixa per totum.

Seditionem concitans qñ teneatur.
vide Seditio per totum.

Seducẽs mulieres vel pueros subtra-
hẽdo eos qualitercũqz siue blãditijs si
ue minis ab his sub quoz ptãte sũt ga
legib vocantur plagiarij Utz teneat
Re. q sic si solũ subtractos restituẽ sz ẽt
dẽ lucrũ qd habuissent ab eis hi sub
quorũ potestate erãt toto tpe q subtra
cti steterunt fm. B. Jo. de platea. Ins
sti. de obli. que ex delicto. na.

Quid de seducẽte virginẽ. vide Stu-
prum. §. i. z ij.

Sententiaz iniustam dans quomodo
tenetur. vide Judex hic. s.

Quomodo tenet ille pro quo data ẽ
iniusta snia. vide Snia. §. vij.

Sepultura recipiẽtes idebite quõ tenẽ
tur vide Sepultura. §. xxxij. z xxxiij.

Simoniace acqsitũ qñ est restituen-
dũ. vide Simonia vij. per totum.

Socius qñ tenetur ex societate. vide
Societas per totum.

Solutionẽ an teneat qs facẽ obligat
ex nudo pacto. vide Pactũ. §. iiij.

Solutio quomodo z qñ est fiẽda vi-
de solutio per totum.

Scripturas falsãs vel destruens an te
neatur. Re. q sic insolidũ de omni dã-
no dato proximo per hoc: siue fiat in
libris mercatorum aut quarumcun-
qz aliarum scripturarum. l. i. ff. de ma-
gi. cõue. z l. qui tabulas. ff. de fur. Idez
dic de vtẽtibus falsis scienter. vide fal
sarius. §. iij.

Sed quid de occultantibus. Re. scdm.
S. Bernardinum in tractatu restitu-
tionem q peccant mortaliter nec pos-
sunt absolui nisi publicent. nõ tamen
tenentur ad restitutionem: nisi quan-
do requisiti malitiose pandere noluc-
runt ex tali occultatione postea deuẽ-
tum est ad talem conditionem q cre-

dictores sua habere nō poterunt q₂ sic tenentur de oī dāno eo quia causam dant efficacem damno proximi.

Quid de illo q ex lr̄is suis dat dānum proximo sicut si aliq̄s mercator scriberet q aliq̄e merces valēt multū in tali patria cū nō sit ver.ꝛc. q aut littere dirigebant ei cui dedit dānum ꝛ sic tenetur ad restitutionē₃ ei. Aut nō dirigebātur ei sed ip̄se eas aperuit. Et sic l₃ mortaliter peccet scribēs: tñ nō tñr ad restitutionē: s₃ sibi iputet q eas aperuit. Si aūt misit.tñ. vt fraudolenter decipiat aliquē. sic scribēs tñr insolidum ꝛ etiā exequēs si sciēter hoc fecit vltra pctm̄ mortale quod cōmittit.

Sponsalia contrahens qñ teneatur. vide Sponsalia.§.xvi.

Stuprās virginem quando tenetur vide Stuprum.§.i.ꝛ.ij.

Tabellio quādo tenetur: ꝛ quomodo vide Tabellio.§.vi.

Talias exigens quō tenet ꝛ qñ. vide Talia per totum.

Testis quando tenetur. vide testis.§. xvi.ꝛ.xxx.

Torturam faciens alicui indebite. vide Tortura.

Transigens propter indebitam causa₃ quō tenetur. Uide transactio.§.v.

Turpe lucrum. Utrum turpiter acquisitū sit de necessitate restituendū.ꝛc. q aut acq̄situm turpiter.i.cū peccato fuit acq̄situm īteruenīēte dolo fraude vl' extorsione seu metu aut deceptione ꝛ huiusmodi casibus in q̄bus dat repetitio p actiōes de dolo: vel metus cā ꝛ similes: vel p offim̄ iudicis. Et sic tñr de necessitate restituere illi a quo sic extorsit vel eius heredibus si quos habꝫ ꝛ sciti: vel saltem paupibus si ignorant. ꝛ in hoc ɔcordāt doc. sequentes Inno. in c. q₂ plerisq₃ de imu.ec. Aut acq̄situ cū pctō ꝛ turpiter fuit acq̄situm sine dolo fraude ꝛ ceteris predictis ita q ei q dedit nulla cōpetit repetitio p actiōes vel p offim̄ iudicis. ꝛ isto casu fuerūt varij doctores host. in. c. cū sit de iudeis tenet indistincte q est restituendū pauperibus aliꝫ in.d.c.q₂ plerisq₃ allegātes Inno. similiter in ɔclusione tenent ꝛ sic videtur quasi cōis opinio. S₃ cum nullo iure pbetur dico q l₃ sit bonū ɔsilium vt in pauperes erroget vt sic satisfaciat in quo deliquit tñ nō est de necessitate salutis ꝛ hoc t₃ car.in.d.c. q₂ plerisq₃ ꝛ glo. Ray. in titulo de rapto §. Sed qd de focarijs. Et iudicio meo etiā hoc t₃ Inno in.d.c.q₂ plerisq₃ l₃ cōiter doc. q tenent ɔtrariū p se aducāt ꝛ male q₂ si intelligeret illud qd dicit ipse Inno. fore necessariū q sacerdos debeat ei iniungere vt in pios vsus expēdat qd acq̄siuit faciēdo illicitas negociatōnes vel quod alias iniuste acq̄siuit sine calūnia alicui facta certe sibi ɔdiceret q₂ superius ibidē premisit q vbicūq₃ aliqd male queritur vel ex negociatione vel extorsione ex qua tñ restituere nō tenētur nō dānant eū si heredibus relinquat. Itē ibidē dixit q mathematicus nō tenetur restituere in casu predicto. Idē₃ dicit de eo q in ludo aliqd lucrat q nō tñr nisi fuerit in dolo aliū trahendo ꝛ tñ isti cū pctō acq̄runt. Et ideo oportet intelligatur q sacerdos d₃ ei iniūgere vt restituat paupibus de bono ꝛ equo nō tñ de necessitate ꝛ sic t₃ q₂ tali fanet iura naturale in retentione pp ɔsensum dn̄i tradentis. Nam nihil ta₃ naturale ē₃ vt acq̄sitio fiat sm̄ volūtatē dn̄i tradentis vt in.l. nihil tam naturale.ff.de re.iur. ꝛ Insti.de re.diui.§ per traditionē. Et facit optime quod hr̄ in.c.si.de simo. ꝛ gl. in summa.xiiij.q.v.ꝛ in.c.ex trāsmissa de deci. Et a d.c.cum sit de iudeis qd adducit Host. dico q in penam illud est statutū q₂ assumpsit offim̄ ɔ̄ dispositionem iuris ꝛ nō excedet casum suum. Similr̄ nō obstat.c. nō sane.xiiij. q.v.q: loq̄tur ɔsultiue s₃ pan.i.d.c.q₂ plerisq₃. Nec etiam.c. si quis ɔtumax. xvij.q.iiij.ꝛ.c. magne ꝛ.c.q super his de voto q allegat Inno. quia nō probant dictum suum si sic intelligantur vt teneatur de necessitate. Quod not. bene q₂ facit ad multa.

¶ Utrum recipiens aliqd pro cessando a vexatione indebita proximi teneatur illud restituere. R. fm pan. in c. Dilectus. de simo. q sic facit. l. i. et l. generaliter. ff. de calu. et l. iiij. §. questione. ff. de cdi. tur. cam. Rō diversitatis est qr est cum calūnia. acq̄situ et sic cā voluntatem dñi sed in casu precedenti nō. Et ex hoc pz q qn qs dedit aliqd vel ex timore etiā reverentiali vel vt consequeretur suū debitū vel euitaret aliqd malū ille q extorsit ex predictis causis sic tenetur ad restitutionem nisi ille liberaliter velit dare.

¶ Sed quid de hipocrita q sub forma boni xpiani vel religiosi cū nō sit elemosynas acqrit. R. fm Inno. in c. qr plerią de imu. ecc. q tūr ad restitutionē non forte illi q dedit qr mercedē suam iam est psecutus. Sed tu dic clarius fm Jo. de Ripol. in ptractibus suis q̄ aut talis dās elemosynam vel qd aliud erat in psona Puta qr credit dare Ticio et dat Gyno sic Gynus tenetur ei restituere vel illi cui intēdebat Aut errat in fortuna puta qr dat diuiti credens dare pauperi et sic talis recipiens tenetur ei q dedit vel pauperibus restituere nisi ipse recipiēs effectus fuisset postea pauper. Aut erat in cdinōe altera puta credit dare Sancto vel celebraturo et huiusmodi et tunc si cditio nō inest recipiens tenetur restituere vel satisfacere p se vel p aliū secundum intentionē dantis alij dicunt verum hoc si datum est precise tanq̄ ex causa, finali pp illud sicut si darer sic exprimendo secus qn dat qr sic credit qr tunc nō tenetur sicut si darem tibi quia credo sis amicus meus cum tamen nō sis qr nō teneris restituere et magis placet qr vt dicit. l. si repetenti C. de condic. ob. cau. da. Cōditio in cor de retenta nō inducit repetitionē maxime in casu isto qr vt supradictuz est talis dans illi quem credit sanctū licet nō sit iam hz mercedem suā pro qua dedit. s. pro deo q iudicabitur causa finalis ex quo aliud nō est expressuz. Et ex predictis patet q isti questores q fingunt se tales religionis cum nō sint et qui promittūt dicere multas missas cum non dicant et q nutriunt multos infirmos vel redimunt captiuos cum tamen faciant q tenentur ad restitutionē vel illis qui dederunt vel pro quo dederunt quia ex quo petunt pro tali causa dantes intelliguntur dare pro ea dē si aliud nō exprimūt. Nec obstat dicta l. si repetēti quia satis cā est expressa ex quo petūt pro ea. Secus de illo qui petit pro deo licet fingat se sanctū et ille non daret si sciret eum non fore sanctuz quia causa pro qua accipit est. Solus deus licet secundaria Sanctitas ficta que non attenditur sed causa principalis.

¶ Tutor quomodo tenetur vide administratio. §. i.

¶ Vendentes rem plus iusto precio quō tenent vide emptio. §. vi.

¶ Venatores dantes dānum in agris qn tenent. vide venatio. §. ij. et. iij.

¶ Visitator a visitatis recipiens aliquid quando tenetur. Vide Visitator §. iij.

¶ Usufructuarius qn tūr vide vsufructua. v. §. vij. et. xij.

¶ Usurarius mentalis. Utrum teneatur restituere id quod est sibi datum a mutuo recipiente vltra sortem. R. q licet doctores sint contrarij. In hoc tamen eos ccordando sic distinguo videlicet q aut mutuuz accipiens dat sibi be aliter credens mutuantem hoc nō exigere aut velle et sic nō tenetur restituere de necessitate et isto modo intelligenda est opi. Ricar. in iiij. di. xv. q. v. arg. v. et Sco. eade di. Alex. lombar. et Car. in c. csuluit et in Cle. est grauis de vsu. q tenent q nō tenetur restituere et facit pro hoc rex. in l. inter oēs. §. recte ff. de fur. Ubi dicitur contractas rē credens inuitū dñm cōmittit furtū sz fur to nō est obligatus si dominus erat. Volens ad idem facit Insti. de obli. que ex quasi delic. na. §. placet in fin. nec obstat. l. si ego la. s. ff. si cer. pe. Ubi

dicitur ꝙ si voluit tibi rem donare ⁊ Tu credebas eam tibi mutuo dari nõ efficitur tua ante consumptionem qꝛ in hoc casu intentio recipientis ⁊ concedentis discordant: sed in casu predicto cõcordant quia ille liberaliter dat ⁊ iste scit se liberaliter datum recipere Item non ob. ratio Joan. An. in mercurialibus in regula peccatum q: contractus a principio fuit vitiosus ⁊ ideo effectus similiter quia verum esset si effectus procederet a dicto contractu sꝫ non est verum sꝫ procedit ab alio. s. libera donatiõe qua ille donat ⁊ iste donatum liberaliter recipit Aut mutuum recipiens non dat liberaliter. Sed idõ dat quia per signa videt mutuãtẽ sic velle aut ne mutuum auferat ⁊ idõ sic dat tunc dic ꝙ talia tenet̃ acceptũ restituere de necessitate. Et sic limita ⁊ intellige. c. cõsuluit de vsu. Inno. ⁊ Ho. ac Pa. ibidẽ cum Jo. an. in. d. regula peccatũ qm tenent ꝙ tenetur.

17 ¶ Sꝫ quõ scire poterit si dedit liberali. vi ne. R. ꝙ si signis vel circũlocutionibꝰ significauit ꝙ aliqd vellet vltra sortẽ ⁊ tũc tenet̃ restituere ꝙ nõ liberaliter dedit qꝛ vt dicit. l. si ꝓ nõ remunerãdi. §. idẽ papinianus. ff. mã. ꝙ qñ aliqs simplr. tẽ ꝓcedit ꝓsumit̃ donare illi qui prius donauerat sibi. Sic in ꝓposito qꝛ ex signis ostẽdit se nõ mutuare gratis idõ credẽdũ ẽ etiã illuꝫ eo aio dare. s. nõ gratis Si ꝓ nullũ signum ondit q̃ vellet aliqd vltra sortem sꝫ potius ꝙ gratis mutabat fatendũ est etiã euꝫ gratis dedisset Et hoc veꝝ nisi aliud de mente eius cõstet.

18 ¶ Utrũ ille q mutauit gratis teneatur restituere id quod sibi datũ est a mutuũ acciptẽte. R. ꝙ si credit eũ gratis dare nõ tenet̃ q̃ ille nõ gratis dederit qꝛ vt in. c. sicut epꝫ. i. q. ij. nulla obligatio suscipiẽti culpe maculã igerit que nõ ex ãbiẽtis petitiõe ꝓcedat ⁊ obligatio suindotoꝝ iustã parit receptionem ꝑ errorẽ soluti. l. si testis. §. i. ff. de fideiusso. nisi eẽt error facti alieni, vt puta putabat ꝑ suũ ꝓcuratorẽ esse ꝓmissũ eũ tñ nõ esset qꝛ sic teneretur Rodo. ⁊ asten. dicũt ꝙ nõ tenetur q̃diu bõa fides durat nec de ꝯsũpti sed postq̃ scit ꝙ nõ liberalr dedit tenetur de extantibus nisi vsucapionẽ vl ꝑscriptionẽ sua facta essent q̃ opinio est tutioꝛ in ꝯscia q̃ illa Lau. de rodul. in suis ꝯctibus q dicit ꝙ ẽt nõ tenet̃ postq̃ scit ñ liberaliter dedisset ⁊ addit idẽ Rodo. ꝙ talis q dedit si habꝫ de bonis ipsius mutuãtis ꝙ potest sibi per retẽtionẽ cõsulere de eo ꝙ soluit in ꝯscia qđ verũ est añ ꝑscriptionẽ sed non post.

19 ¶ Utꝝ vsurariꝰ teneat̃ ñ solũ restituere rẽ sꝫ ⁊ fructꝰ dic vt. s. Possessoꝛ male fidei. Et silr de lucrato ex pecũia vsuraria vt ibidem. §. i.

20 ¶ Utꝝ inducens aliquẽ ad fenerẽdũ cõsulendo vel pecuniã mutuando vl societatẽ ꝯhẽdo ⁊ hmõi teneat̃ ad restitutionẽ totius vsure. R. sꝫ alex. lombar. ⁊ Mõal. titu. Usura. v. ac. Rodo. ꝙ nõ nisi sc̃ꝫm ꝑuenit ad eũ qꝛ in dãdo mutuũ sub vsuris nõ damnificatur primus sꝫ i exigẽdo vsuras aliꝫ tñ dicũt ꝙ tenet̃ qđ nõ credo.

21 ¶ Utꝝ ꝓsonete seu similes vsurarioꝝ ꝯctuũ teneant̃ restituere oẽs vsuras ipsoꝝ. R. sm Bal. in. ti. de cõtrouersia feudi terminãda. §. silr ꝙ non Sꝫ glo. in l. sciẽter. ff. ad. l. põpe. de pari. idistincte vlt. ꝙ teneat̃ cũ q̃ cõuenit Bar. ⁊ Ang. ibidẽ q dicũt ꝙ pari pena sũt puniendi tales ꝓsonete sicut illi qui faciũt ꝯctus hoc idẽ tꝫ Sirar. obdosi. ⁊ ad idꝫ. facit. l. is cuiꝰ ope. in pricipio. ff de adul. multo fortiꝰ minister alius. xlvi. di. sicut nõ sino ꝙ credo veruꝫ de ꝓsonetis coopãtibꝰ in exactiõibꝰ vsuraꝝ vl iuenientibꝰ cautas fictiões gbꝰ vsure soluũtur q: dãn dãt cãm efficacẽ. Non aũt credo veꝝ de prosonetis solũ coopantibꝰ vt mutuũ det potiꝰ ꝑ necessitate debitoris ar. no. i. l si quaꝫ. C de ope. liber. imo nec peccant si ad hoc nullũ iducũt vt feneret̃ sed solũ ad gatos date sub vsuris accedunt.

22 ¶ Quid de notarijs q ꝯficiũt istra d debite vsuraruꝫ. R. sm Sirar. obdosi.

q̄ aut palliāt vsuras in īſtr̄is.ptās q̄
faciūt cartas de duplo vel ſub nomine
ēptionis ⁊ hmōi ⁊ ſic tenētur totā vſu
ram reſtituere Si vſurarius ipſe non
reſtituet niſi ſm quoſdam hoc feciſſet
ī fauorē potius receptoris mutui quas
vſurary q̄ pōt teneri lȝ mortalr̄ pec-
cet inſtr̄m falſū faciēs Si aūt ñ palli-
ant vſuras ſed apte pȝ per inſtr̄a tunc
nō tenentur q̄ nō dāt cauſam efficacē
⁊ ſm Bal.in ₰rica de phi.feu.alie.p ſe
de.c.y.tales ꝯficiētes ſcienter īſtr̄a in
fraudē vſurarū dbēt.oīmō ad officio
ammoueri ob infamiam ar. in verbo
ſcriba ibi poſito.

23 ¶ Utrū teſtes talū īſtrop ſilr̄ teneantur ſicē notary.R̄.q̄ ſic ſȝ p̄dictā diſtinctionē q̄ īſtr̄a ñ valēt ſine teſtib⁹ Idē dic d̄ p̄latis q̄ ſe ſubſcribūt vl̄ ſigillant cedulas vſurariop ⁊ cū his ꝯcor.Hoſ. Hoſti ⁊ Directo.ti.de vſuris.

24 ¶ Utrū aduocati procuratores iudices ſtatutary ⁊ aly q̄rum patrocinio ⁊ fauore ſcient̄r vſur̄ ī iudicio vl̄ ex̄ iudiciū exigunt̄ vl̄ ñ reſtituunt̄ cū repetūtur teneant̄ ad reſtitutionē.R̄.q̄ ſic īſolidū nec excuſant̄ ex eo forte q̄ ſcripture eis porrecte apparebāt iuſte ſi ꝯſcia eis dictabat q̄ erāt ꝯ ſcrib⁹ vſurarū ſȝ Ho.⁊ Inno.i.c.Michael d̄ vſu. ⁊ Archi.in.c.ſi q̄s oblitus.xiiy.q.iy.

25 ¶ Quid de dn̄is terrap qui in terris ſuis vſurarios morātes nō cogunt vt vſuras reſtituāt.R̄.ſȝ Rodo.q̄ tenentur inſolidū ſi p̄nt ⁊ ñ faciūt ēt ſi nihil peruenit ad eos Alex. ſūt lombar. dicit q̄ lȝ mortalr̄ peccent tñ reſtituere nō tenentur niſi inq̄ntū p̄uen̄t ad eos d̄ ipſis vſuris. Qd̄ aūt mortalr̄ peccēt nō credo verum niſi de iudeis vſurariȷs de q̄bus p̄cipit̄ eis in.c.poſt miſerabilē de vſu.vt cogant eos ad reſtituēn.vſuras extortas Et ſilr̄ poſſet dici quo ad ipſos eſſe veram opi. Rodo quo ꝑo ad xp̄ianos vſurarios non credo q̄ peccēt mortalr̄ vel teneantur ad reſtitutionem niſi qnando requiſiti nolent iuſtitiaȝ miniſtrare.

26 ¶ Utrū ſocy tutores factores ⁊ huiuſmodi q̄ ad vſurā dāt vl̄ vſuras exigūt p alios teneant̄ ad reſtitutionē. R̄. ſm Rod.q̄ ſi ap̄d eos reſidet q̄ſi principalis auctoritas mutuādi ſic tenent̄ ī ſolidū ñ,illi p q̄b⁹ dederunt non reſtituūt. Si ꝑo nō fuerūt auctores ſed ſolū executores ſic illi q̄ ad ſolā manualē traditionē vſurarum mācipati ſūt ati q̄ ipſi nō tractāt p̄riū ꝯtctū ſp̄onſ nec cū eis ꝯſtit̄ pactū de vſura ſȝ ſolū pecuniā tradūt ⁊ pignus recipiūt: ſic lȝ mortalr̄ peccēt non tenent̄ ad reſtitutionem niſi coactiue exigant vſuras. His concordat Birar. obdo. Ray.⁊ Bortolameus brixieñ.in. d.c.ſic non ſiro ⁊ addit ho.q̄ ille in cuius vtilitatē ꝑſuȝ ē tenet̄ p̄ncipalr̄ alteri ī ſubſidiū l.ex hoc edicto ꝯ.i.ff.d̄ eo.per quē fac. erit ⁊.l.eleganter.ꝯ.pe.ff.de dol. Pa. in.d.c'. Michael vult ēt vt in primo caſu non teneantur ſi vſurarius eſt ſoluendo ſecundum quod dixi tene.

27 ¶ Utrū pupillus pro q̄ tutor multos ꝯctus vſurarios fecit teneatur reſtituē R̄.q̄ ſi pupill⁹ dicat tutori tāto tp̄e habuiſti pecuniam meaȝ ⁊ ppea iſta retineo p lucro q̄d debeo ex ipſa habere ⁊ ſic iſta ītentione retinea ñ tenetur reſtituere lȝ ſit ꝑſūȝ in ſuā vtilitatē ſȝ ſoluȝ tutor niſi vſura excederet moderatū lucrū q̄d ꝑceſſiſſet ſi in poſſeſſiones vl̄ aliā iuſtā negonatione vt debebat ipſa ꝯſtituiſſȝ vt pȝ ſira tutella ꝯ. ti.

28 ¶ Sed nūq̄d cū vniuerſitas ciuitas vl̄ collegiū recepit vſurariū emolumētū ſinguli teneantur iſolidū reſtituere R̄.ſȝ Hoſt.in ſūma ti.de pe.ꝯ.ñ.q̄ ſic licȝ cā vniuerſitatē ñ ſit cā ſinglop.xy. q.y.q.manumittit̄.nec obligant̄ rāq̄ vniuerſitas q̄ aīam nō hēt ſȝ tāq̄ ſinguli.c.ꝯqueſtus d̄ vſu.c.ſicē vip.vy.q.i. c.ñ hēs.xxiiy.q.iy.l.metū.ꝯ.aīaduertendū.ff.q̄d me.cā.Concordat Joan. an.poſt alia ī.d.c.ꝯqueſt⁹ſȝ mōal.titu vſura.v.⁊ Rod limitāt hoc verum d̄ regentibus ⁊ ꝓhibere valentibus vel cōpellētib⁹ aut p̄cipientib⁹ talr̄ feneraſi nō āt de alys niſi ꝑticipauerit commodū burſalr̄ vl̄ ex hmōi releuati ſūt

rit ab expẽsis q̃s fecisset de suo q: tunc in tãtũ restituere tenẽtur ⁊ nõ pl⁹ ⁊ h̃ tz in ɔscia rñ q̃ Mon. cõcor. Petrus de palu. i. iiij. di. xv. ⁊ Asten. ⁊ Jo. an. in .d.c. conquestus de vsu.

29 ¶ Utrũ ĩpediẽs volẽtẽ mutuare gñs ⁊ faciẽs vt mutuet sb̃ vsuris teneat̃ ad restitutionẽ. R. sm̃ Rodo. q̃ sic q: iñ pediuit ĩdebite ꝓximi vtilitatẽ. Idem dic de ĩpediẽte ɔctũ licitũ ⁊ reducẽte ad ɔctũ vsurariũ. Concor. Monal. iii. Usura iij. Idẽ dic de cõfessorib⁹ q ab soluũt vsurarios aut recipiũt ad sacra vl̃ sepulturã q̃ tenetur restituẽ si ex ta liũ ɔnegatione fuisset facta restitutio.

30 ¶ Quid de fideiussorib⁹ vsurariorũ. R. Lau. de redul ĩ suis ɔsilijs sz lap. ⁊ Pau. de leazarijs ⁊ multos alios q̃ ẽt ñ pncipalẽ se ɔstituit ꝓ vsuris resti tuẽdis q̃ nõ tenetur nisi ĩ tñ ĩ q̃ntum vires hẽditatis vsurarij tpe fideiussio nis valebãt ⁊ nõ pl⁹ nec minus. Distin guit tñ idẽ pau. iter fideiubere simplr̃ ꝓ vsuris restituẽdis ⁊ sic nõ teneat̃ nisi vt dctũ est ⁊ iter obligare se simplr̃ ad restitutionẽ vsurarũ q: talis tenet̃ q̃ntum sue facultates portãt lz vsurari⁹ sit non soluendo.

31 ¶ Utrum heres teneat̃ restituere oẽs vsuras illius cui⁹ est hers. R. q̃ sic i q̃ tũ hereditas sufficit s̃z cõiter doc. in c. cum tu ⁊. d.c. tua nos de vsu. ⁊ vide. s. heres. §. iiij. ⁊ vi.

32 ¶ Utrũ qñ duo sũt hẽdes vsurarij de bẽt restituẽ. c. ⁊ diuisa hẽditate v̄ mil le iter eos vn⁹ efficit ñ soluẽdo v̄ 50 an alt teneat̃ i totũ v̄ ipsis. c. R. Pe. v̄ an cha ĩ regl̃a pci vẽla v̄ re. iur. lib. vi. q. xviij. q̃ lz diuisa hẽditate obligatio hẽditaria diuidat ipo iur̃ .l. i. C. si cer. pe. ⁊ .l. ꝓ hẽditarijs. C. v̄ hẽdi. vl̃ act. vẽ. Et sic si vn⁹ efficiat̃ ñ soluẽdo i fo ro ciuili alẽ ñ teneat̃. l. legatorũ. ff. v̄ le. tñ i foro cãoico i q̃ dicit tex. i. d.c. tua nos q̃ hẽdes ea sũt distictiõe cogẽdi q̃ v̄ fũct⁹ si viueret q̃ ad ea aliena ex vlicto ⁊ pctõ ꝓueniẽs tenẽt ĩ solidũ nec i tali cre hẽt locũ diuisio. xij. tabularũ ar. d.c. cũ tu v̄ vsu. ⁊ vt dic et pa. i. d.c. tua no

ɔmũiter doc. ĩ fauorẽ aĩe hoc sequũtur sed ego pro clariori ĩtelligentia distin guo q̃ aut loquimur i reb⁹ formalr̃ datis ꝓ vsuris ⁊ sic cũ talia sp̃ sint obligata ill̃ q es v̄derũt tenẽt v̄ necessitate illa re stituere q̃gs illa hũerit vt ĩ qõe sequẽ ti pa. ebit. Aut sunt res spẽalr̃ ẽpte v̄ pecũia vsuraria spẽali alicui⁹ ⁊ sic sũt te nẽt illis de q̃rũ pecũia sũt ẽpte. d.c. cũ tu. Aut loquimur de alijs reb⁹ q̃ nõ sũt formalr̃ date ꝓ vsuris nec spẽalr̃ ẽpte de pecunia vsuraria Et sic tene q̃ cũ bona vsurariorũ sm̃ cõem opi. moder norũ doctorũ ĩ d.c. tua nos nõ sint taci te hipotecata pro vsuris restituẽdis q̃ ñ tenetur de necessitate nisi ꝓ medietate q̃ñs alẽ herea sit factus nõ soluẽdo lz dicãt doc. q̃ opi. gl. d.c. tua nos ⁊ anti q̃rũ doc q tenẽt q̃ oĩa bõa vsurariorũ sunt tacite hipotecata sit ĩ foro aĩe pra ticãda q̃ ĩtellige de bono ɔsilij cũ nul lo iure ꝓbet̃ ⁊ s̃z hãc distinctionẽ ĩtelli ge ⁊ limita Pe. de ãcha. ⁊ doc. in hoc.

¶ Quid v̄ accipiẽtib⁹ de bõis vsura riorũ. R. distiguẽdo q̃ aut accipiũt res ĩ spẽ datã ꝓ vsuris q̃ nõ trãsit in dñiũ vsurarij ⁊ sic tz ĩdistincte q̃ tenẽt eam restituere si extat vt notabilr̃ tenet. bal. i. l. rẽ q̃ in si. C. v̄ fur. vo. nec pt estima tionẽ dare ɔ̃ volũtatẽ dñi. l. ij. in pn. ff. si cer. pe. ⁊ tet. ẽ clarus. xiij. q. vj. si res ⁊ in. c. cũ in. de vsu. Et qñ nõ trãsfert dñiũ. vide. s. vsura. ij. §. xviij. aut acci piũt nõ rẽ ĩ spẽ datã de q̃ s̃. s̃z alia q̃si q̃ ⁊ tũc distiguo q̃ aut vsurari⁹ cum talia acciplat ẽ nõ soluẽdo: ⁊ sic si hoc sciũt restituere ẽt obligant q: dãt dãni cãz efficacẽ. ⁊ si dubitãt an sit non sol uendo dico q̃ si res adhuc extat q̃ te nentur ꝓ re tpali ĩ discrie aĩaz ponẽt s̃z alex. i. iiij pte. Si v̄o ignorant ⁊ cre debãt ꝓbabiliter q̃ v̄ bõis suis eis da ret sic nõ tenent v̄ ɔsũptis bõa fide v̄ rãte s̃z solũ v̄ extãtib⁹ nisi ĩ q̃ntũ sci sũt locupletiores. aut cũ talr̃ acceperunt erat soluẽdo: ⁊ sic nõ tenentur ẽt si post ea fact⁹ ẽ ex alia. cã ñ soluẽdo. nisi cẽt res habita seu ẽpta ex pecũia vsuraria quã si habuit titulo lucratiuo põt ille

ex cui⁹ pecunijs ē ēpta de eqtate cano
nica cā ab eo aduocare officio iudicis
vt pz p glo. ⁊ doc. l. d c. cū tu in fi. Ad
dit tn̄ Ho. ⁊ Gof. q̄ si talis res etiā ex
cā lucratiua puenit ad illuz q solnerat
vsuras, q̄ ille cui ꝑus donata fuerat li
berat. l. oēs debitores. ff. de act. ⁊ obli.
⁊ ēt vsurari⁹. Si vero habuit. ex titulo
oneroso sic nō tenetur restituere: q̄tūis
postea efficiat nō soluēdo ⁊ ex predict
pz qd dicēdū de multis questionibus.

34 ¶ Quid de emētib⁹ pignora pdita
ab vsurarijs. R. q̄ tenent sic emētes ea
pia ⁊ fz illā distinctionē d q̄ s. emētes.
verū ē q̄ poterūt repetē ⁊ retinē id qd
soluit vsurari⁹ sup illo pignore mutua
uit. Posset ēt teneri q̄ si res nō extat
vel ignorat dn̄s ei⁹ si extat. nō teneri
talē emptorem dare paupib⁹. nisi soluit
illō plus qd valebat res vltra id q̄ eaz
ab vsurario emit lz melius sit dare to
tū excepto mutuo accepto ab vsurari
rio ab illo qui pignorauit.

35 ¶ Quid d filia vsurarij dotata. R. q̄
si rē hūit dată i spem p vsuris tenetur
īdistīcte sic dictū ē d emēte pignora fz
illā modificationē. si vo. habuit sic si
tenet nisi p hoc sit fact⁹ nō soluēdo. ⁊
hoc sciebat genere q̄ si hoc ignorabat
nihilomin⁹ fz Rod. poterit dotē reci
pe ⁊ retinē ēt si postea sciat q̄ ē n̄ sol
uēdo. qd ē dictū mirabile ⁊ mihi non
placet q̄ nullo iure pbat si vo p hoc
nō est fcūs n̄ soluēdo sz postea ex alia
cā nō tenetur genere q̄ hz dotē ex titu
lo oneroso. Nec ēt filia fz Fed. ɔsi. xli.
quia lz hēat dotē post solutuz mrimo
niū ex cā lucrati a q̄ tn̄ illa n̄ ē pecūia
q̄ trāsiuit i bōis mariti sz ē alia q̄ pficl
scit ex bōis mariti Jō non tenet Nec
obstat ter. c. cū in. de vsu. fz eūdē. Fed.
q̄ vt dic loquit d possessiōibus ēpti ex
pecunia vsuraria. ⁊ lz d. Ant. ⁊ Pa. ⁊
pe d āchā. videant tenē q̄ imo tenet.
q̄ lz n̄ sit illa tn̄ succedit loco illi⁹ pe
cūie date. Jtē q̄ mulier nō hz q̄rtā suā
nisi dducto ere alieno l. Papinian⁹ §.
iiij. ff. de inoffi. testa. cū quo vr̄ ɔcorda
re. Sco. i. iiij. di. xv. tn̄ ego credo filiā

niā dictū Fede. vt pz p pdicta nisi ēēt
possessio ēpta ex pecūia vsuraria ⁊ da
ta p dote q̄ tūc soluto mrimōio tene
ret filia eā restituē si pat ei⁹ foret po
tea fact⁹ nō soluēdo. p. d. c. cum tu. q̄
factum legitime non debet retractari.

36 ¶ Quid faciet gener aut filia q dotē
habuerūt aut d reb⁹ i spē dat p vsuris
aut cū socer eēt n̄ soluendo R. fm Ast
rar. ob dotē. q̄ ille p quē n̄ stat q̄n res
tituat: excusat in ɔscia q̄ vn⁹ sine alte
ro⁹ restituē nō pt durāte mrimōio. Re
mediū tn̄ esset vt si pater habet multa
incerta ad restituēdū ⁊ est soluēdo p
extus adeat epm qui ei dictā dotez tā
quā pauperi concedat. si non sunt ha
bita in specie pro vsuris aut compo
nat cum creditoribus.

37 ¶ Quid de famulis vsurariorū R.
q̄ aut fuiūt vtilit puta laborādo agꝛ
hedificādo domū. hūdo curaz rerum
⁊ huiusmodi. Et sic si vtilitas pōt com
pensari cū eo q̄ accipiūt pro mercede
sic licite eā accipiūt. siue sint vsurarij
soluendo vel nō dūmō nō accipiant
rem habitam i spē p vsuris. quia talē
nunq̄ licet accippē. vt. s. patuit. si ve
ro nō fuiūt vtilr: sed potius inutilr
sicut q canes. aut accipitres custodiūt
⁊ huiusmodi sic si est non soluēdo nul
lam mercedē in pōt accipere. ⁊ si acci
piūt tenētur restituere. Jdē dic de ven
dentib⁹ res ad gulositatem vel pōpas
ptinentes. q̄ nō restituēdi dant cāz effi
cacem. facit. l. aut pror. ff. d his q̄ i frau.
cre. ⁊ l. si. i prin. ff. d eo p quem fa. erit.

38 ¶ Utrū ille q mutuat pecūiā vsura
rio possit recipere ei⁹ restitutionez. R.
q̄ aut mutuat sciēter ad ludū vel alio
modo ad consumandū inutiliter ⁊ sic
si est nō soluendo nullo mō pōt recipe
re eius restitutionē. ⁊ si recipit tenetur
restituere. Si vo ignorabat probabilr
q̄ vellet eā inutiliter ɔsumē sic ⁊ fm
Pe. de Palu. in. iiij. di. xv. ⁊ Asten. ⁊
Rodo. poterit recipere eius restitutio
nem multo magis si dedit vt vtiliter
eā expēderet. Jdē dic q̄ debentes ha
bere ab vsurarijs ex ɔtractu vel quasi.

vel ex delicto vel q̃n q̃ p̃sit recipe q̃d sibi debetur. lz vsurarius sit non soluendo.

39 ¶ Quid de seruientibus vel ministrãtibus necessaria ad vitã vsurarij. R̃. q̃ lz quo ad for̃ ɔtentiosũ si nõ est soluendo non possint recipere mercedem. vt colligit̃ ex glo. in. c. q̃r in oĩbus de vsuris. tñ in conscĩa credo possint recipere nisi sint tales qui ex p̃cepto caritatis tenerentur ei facere elemosynã ꝛ subuenire. q̃d q̃n sit habet. s̃. elemosyna. §. i.

40 ¶ Quõ recipiẽtes elemosynas vel viuentes d̃ bõis vsurarioꝝ licite possint h̃re. s̃. Raptor. § p̃mo. ꝛ p̃ illã distinctionẽ. q̃r q̃ ad deũ vsurari⁹ raptori cõparatur circa bona habita ex vsuris.

41 ¶ Uxor q̃n si p̃t dar̃ elẽosynas ꝛ accipere d̃ reb⁹ viri. vide Elemosynas. §. xy. ꝛ infra Uxor. §. v. cũ sequentibus.

Restitutio

secundo scilicet cui facienda sit ꝛ quo ordine. Pro cuius declaratione queruntur plura.

1 ¶ Utrum res rapta vel q̃litercũq; accepta iniuste a p̃o dño sit semp̃ ei restituẽda. R̃. q̃ sic regulariter. iij. q. i. restegrãda de re. spo. q̃n p̃ totũ. ꝛ de homi. ci. sicut dignũ. §. eos. Fallit tñ hoc in. q̃nq; casibus. Prim⁹ si iusto bello postea sit priuatus ea⁹ Sc̃d̃s si edicto imperiali siue ecclesiastico sit ei interdictis ad t̃ps vel simpliciter. de h̃ti. c. Excõicamus el p̃mo de homi. c. pro humani. li. vi. Et tũc restitutio differetur. si interdictũ est ad t̃ps. vel dabitur illi cui ẽ applicãda p̃ tale edictũ. Terti⁹ si dñs est pupillus vel furiosus aut minor. quia tunc nõ illi sed tutori vel curatori eius restituetur. Quart⁹ q̃n dñs mortuus est q̃r tunc debet restituere heredibus p̃prie dictis ꝛ q̃ sint habes. s̃. heres in p̃nci. ꝛ. §. ij. Et si dñs in morte oĩa sua reliquisset paupibus distribuenda tũc paupibus dz dari s̃m Inno. in. c. q̃d sicut. de elec. Quint⁹ q̃n lenones ꝛ h̃muismodi aliq̃d acceperũt a p̃latis ecclesiasticis q̃r restitui n̄ ei dz sed eius supiori vel successori vel in vtilitat̃ eccle expẽdant. ar. c. si q̃s in artip. xvij. q. iiij. ꝛ. c. cũ vos de offi. ordi. ꝛ. e. de hoc de simo. ꝛ hoc auctoritate iudicis p̃itarij s̃z Ricar. vl secũdũ Hosti. ꝛ glo. Ray. si ecclesia satis abũdat dabitur pauperib⁹. ar. d. c. si q̃s in atrio. ꝛ hoc idẽ tz m̃oali. ti. Restitutiõ p̃mo

3 ¶ Utrũ res ablata ab eo qui non erat dñs sed iusto titulo possidebat si ei restituenda. R̃. q̃ sic nec p̃o dño d̃ber restitui sine eius volũtate. l. is cuius. ff. d̃ fur. ꝛ. l. si. q̃s cõditionis. C. loca ẽt si sit fur q̃ ea tali titulo alteri dedit dcã. l. si q̃s. Fallit hoc q̃n eã recipisset sub tali titulo. in fraude p̃bi dñi. q̃r tũc teneretur facere q̃. dominus eã h̃eret eidẽ d̃nũciando rẽ caute tamen sine scandalo alicuius. xxij. q. v. hoc videtur.

¶ Utrum h̃ntes d̃ bonis infideliũ ex vsura h̃moi teneãtur eis restituere. R̃. s̃z Mõal. ti. Restitutio. iij. q̃. sic nisi ecclia habeat bellũ cõtra ipsos quia tũc nõ eis. s̃z paupib⁹ xp̃iãis restitui d̃bet.

4 ¶ Utrũ acceptũ ex turpi cã respectu dãtis in casu in quo restituere tenetur possit restitui illi q̃ dedit. R̃. q̃ non. sed dz paupibus erogari. si ille qui dedit potuit alienare. q̃r in pari cã turpitudinis potior est conditio possidentis. l. si ob turpem. §. porro. ff. de condi. ob tur. cau. ꝛ. l. ij. C eo. ti iuncto. c. cum tu. de vsu. Fallit. hoc in. duobus casib⁹. Primus q̃n in iniuriã alterius est datũ q̃r tunc illi in cuius iniuriam est datũ dz restitui. vt p̃z in simoniace dato. q̃d restituitur illi ecclesie in cuius iniuriam est datũ. d. c. de hoc. Secundus casus est q̃n turpiter datũ ꝛ acceptũ ip̃o iure applicatur fisco vel p̃uato. q̃r tunc non debet dari pauperibus. sed illi cui applicatur. q̃r de alieno nõ est facienda elemosyna. i. q. i. nõ est putãda. Si tñ excepto isto casu p̃o restituisset ei q̃ dedit ẽt liberatus ab obligatiõe restitutiõis q̃r nullo iure hoc p̃hibetur ꝛ pene sũt restringẽde. c. odia. d̃ re. iu. li. vi.

5 ¶ Utrũ acceptum ex turpi cã respectu solũ ipsi⁹ recipiẽtis. Sit dãti restituendũ in casu quo restituere obligatur. puta dedit quis alicui ne facere tale malũ

vel vt faceret id ad qd tenebatur. R. q sic. vnde iudex qui nõ vult dare sniam nisi data sibi pecunia ⁊ huiusmodi ei qui dedit debet restituere. l. i. ⁊ ij. ff. de condi. ob. tur. causam. ⁊ expresse in. c. nõ sane xiiij. q. v. Fallit hoc in casu. c. cũ sit. de iudeis. vbi ea que infidelis lucratus fuit a xpianis occasione officij publici inter ipsos restituere tenet pauperibus sm prudentiã epi.

6 ¶ Quid de oblatione recepta a manifestis vsurarijs. R. q lz sint opi. diuerse in. c. q2 in oibus. de vsu. Tñ dic sm Jo. an. q aut vsurarius incohauit restituere. vel est paratus. ⁊ sic restituet ei vt ipse restituat gbus extorsit. ⁊ sic intelligẽda est sa opi. q est in glo. d. c. q2 in oibus. Si vo nõ est paratus restituere. Tũc habebit locũ pria opi. in predicta glo. quã seqtur Gof. Inno. ⁊ Hosti. vz. q fiat epo. vt ipse restituat. dãnificatis. qd vez credo. Nñ eps est talis qualitatis. q hoc faciet. aliter ipse qui eã recipit dãnificatis restituet.

7 ¶ Sed qd si ille cui restitutio est fiẽda longe distat. ⁊ nõ pot ei mitti sine sumptibus. R. q nihilominus restituenda est ei. nisi sit modicũ qd respectu illius cui debet q2 habundãs est q2 tunc sm Rod. posset paupibus dari p aia eius.

8 ¶ Quid si nescit vbi habitet. R. q nõ tenetur euagari vt eum querat. ar. l. q nisi fiat. §. i. ff. de ope. liber. ⁊ ideo pauperibus dabitur nisi expectet verisimiliter redditurus.

9 ¶ Sed cuius sũptibus mittet ei qñ scitur vbi est. R. Pa. in. d. cũ tu. de vsu. q si est malefidei possessor. puta. fur. aut vsurarius. aut huiusmodi. ⁊ ipse recessit de loco vbi ea accepit vł extorsit. Tenetur suis sumptibus eidẽ mittere. Si vo ille cuius erãt sunt ille q se trãstulit alibi. tũc sui sumptibus ei mittet. ⁊ sic intelligenda est glo. in. d. c. ⁊ sic distinguit lex in re legata. l. cũ res. ff. de lega. i. Quod limito vez nisi inueniret aliqs fidus q gratis vellet deferre. ar. c. significaste. de pigno. No. tñ sm ber. q si sumptus excedũt sũmã rei restituẽde. q tũc pauperibus est dispẽsãda. ar. d. c. cũ tu. c. anterioz. ij. q. vi. Si aũt n ẽ malefidei possessor. sed aliquo iusto titulo habet tunc credo arbitrio boni viri sit sequeñ. cuius sumptibus mittatur pensata causa qualitate absẽtie. ⁊ nõ fuerit in mora.

10 ¶ Utrum cũ plures sunt obligati alteri isolidũ ⁊ vno soluẽte totũ. alij teneantur eidẽ soluẽn. qlibet pro pte sua. R. Monali. ti. Restitutio. vi. q sic i foro pscie. q2 vnusr egit negociũ eoz. l. cũ pecuniã. ⁊ l. soluẽdo. ff. de ne. ge. Fallit hʒ in raptoribus. ⁊ furibus ⁊ hmõi q2 si ille q habuit rem satisfacit nõ tenẽtur alij eidẽ satisfacere. nisi in qñtũ de talibus bonis peruenit ad eos.

¶ Sz qd fiet qñ qs nescit cui restitutio ad quã tenet fiẽda sit nec eius heredes cognoscit. R. q nihilominus pauperibus vel in pias cãs est restitutio faciẽda ar. d. c. cũ tu. ⁊ c. diuie. lxxxviij. di. ⁊ c. eps. lxxxviij. di. ⁊ c. pcesso. xij. q. ij. ⁊ c. fin. vi. q. ij. ⁊ c. i. de rapto. Unde dicit Tho. sa se. q. lxij. q si ille cui. restitutio dz fieri sit oio ignotus facta diligẽti inqsitione de psona eius. vł eius heredib9. dz hõ restituere dãdo elemosynas p salute ipsius. siue sit mortuus siue viuus. Et addo q inter paupes eligendi sũt paupiores. ⁊ inter equaliter paupes iustiores. q2 si ⁊ oibus debetur misericordia. iusto tñ amplius. vt dicit Ambro in li. de officijs ⁊ no. in. c. nõ satis. lxxxvi. di. ⁊ vt dicit. Hiero. ⁊ nota. in. c. fi. xvi. q. i. in paupibus nõ tñ paupitas q religio attẽtanda est.

12 ¶ Quid si facta restitutiõe i pdictos pauperes appeat dñs rei. vel eius heres. R. q si talis q restituit fecit debitã diligẽtiã ad ipuz inueniẽn sic nõ tñr amplius q2 bona fides nõ patitur. vt semel exactũ exigatur. c. bona fides. de re. iur. li. vi. Secus si nõ adhibuit debitã diligẽtiã. q2 sic iterũ teneretur q2 vt dicitur in. c. sicut dignũ. §. eos de eo mi. Nõ. n. aliena cũ ipsa potuissent eis quoz fuerũt restituere debuerũt pauperibus erogari.

13 ¶ Utrum restitutio ꝑdictorum incertorum sit necessario facienda pauperibus illius loci in quo predicta restituenda sunt habita vel dānum est datū. R. Ho. et aliqui alij doct. in. d. c. cū tu. tenēt ꝙ sic. q2 citius pōt puenire forte ad heredes. vel ad eos qbus est fienda. sed fedc. ꝯsilio. xxiij. vo anto. et Pa. tenēt ꝙ est de bono ꝯsilio nō de necessitate. et hoc tene. q2 iura simpliciter dicunt ꝙ erogatio fiat in paupes. vt in. d. c. cū tu. et in. d. c. sicut dignū. Nec ob. c. i. de rap. q2 ibi sciebatur ꝑsona cui facienda erat restitutio. alias eps nō fuisset motus excōicare ex officio suo nisi ad petitionem ptis. c. innotuit. in fi. de elec. et l. iiij. §. hoc aūt. ff. de dā infec.

14 ¶ Sed quero an regrat̃ auctoritas supioris pro tali restitutiōe incertorum R. Inno. de imu. ec. i. c. q2 plerique dicunt ꝙ dz fieri auctoritate cōfessoris. Ray. vo tz ꝙ fiat auctoritate epi vl̃ priarij vel capellani. in cui diocesi hita sūt. c. diuie. lxxxvi. di. c. eps. lo vlūo. lxxxviij. di. ꝯcesso. xij. q. ij. Host. in. c. cū sit d iudeis. et i. d. c. cū tu tz ꝙ necessario regritur auctoritas epi. Sz tu tene cū sco. in. iiij. di. xv. q. ij. ꝙ lz sit bonū habere ꝯsiliū ꝯfessoris aut alterius bone ꝑsone. tñ magis securū est qd ille q dz restituere ipse restituat. Et qd nō regrat̃ alia auctoritas tz archi. in. c. ij. de testis et in. c. nō sane. xiiij q. v. et Jo. mo. i. c. q̄q̄ de vsu. li. vi. Jo. de li. Pau. et Gemi. Jo. cal. sup cle. i. de pui. Pa. in. d. c. cū sit. Et facit ad hoc. d. c. cū tu. et. d. c. sicut dignū. §. cos in glo. et in. c. tua de testa. et alia iura q̄ cōiter dicunt ꝙ obligatus ad restitutionē dz restituere Nec ob. d. c. cū sit. q2 loqtur de iudeo de quo ꝑsumitur ꝙ nō recte dispensaret propterea ibi dr̃ ꝙ fiat auctoritate epi. et iō nō extendet̃ ad casum decimalis rōnis. Tñ verum est. ꝑm predictū Archi. ꝙ in. iiij. casibus eps pōt se intromittere de restitutione incertorum. Primus qñ mortuo illo q debebat restituere. nullus est relictus heres vel executor ad restituen̄. Si vo heres esset relictus vel executor. tūc solū regrerẽ de consilio epi auctoritas. facit. c. de laycis. xij. q. ij. et l. nulli. C. de epi. et cle. et in hoc ꝯcordat Jo. et Uin. et Ber. in. d. c. cū sit in glo. imo etiā epo ꝓhibēte debent et pñt restituere Ut in. c. religiosus. in fi. de testa. li. vi. Secūdus casus in quo pōt eps se intromittere est qñ ille cui dz restituere nō vult. et in iudicio agit ꝯ eum. Tertius est qñ restituens male dispēsaret. puta amicis q nō indigēt et hmōi. q2 eps posset se intromittere. vt leguit̃ iter dispensaret. q2 nō dr̃ factū qd aliter ex factū ꝙ debuit i. de re. iu. qui ex timore nec etiā excusaret. si interueniēte auctoritate epi male distribueret. q2 eps nō hz se intromittere nisi ꝙ bñficiat. ppterea sbo celestē incurrerent iracūdiā. l. si qs ad declinandā ad fi. C. de epi. et cle. Quartus casus est qñ talia incerta sunt manifestorum vsurariorum. q2 tūc epo dispēsare ꝑtinent. vel eius auctoritate. Et addit Jo. de ligna in. d. c. cū sit ꝑm Jo. cal. in quodā ꝯsilio suo. et fratrē clarum. et hugo. ꝙ eps excōicare nō pōt. de iure sacerdotes q se intromittūt de dispēsatione icertorum. Ex quo pz ꝙ multominus religiosos exēptos. et ꝙ nō est casus suus nec sibi pōt de iure retinere. nisi in iiij. casibus predictis alr̃ bene posset sacerdotes excōicare.

15 ¶ Utrum vsurarius sit tutus qñ ꝑmisso edicto generali. ꝙ q soluit vsuras veniat intra tot dies ꝓ restitutione hñda qbus diebus elapsis eps fert sniam ꝙ cū nullus appeat bōa sūt icerta. et ipse tāq̄ icerta assignat epo. si post terminū ꝑdictū appeat aliqs. R. fedc. in suis ꝯsilijs tz ꝙ sic. Sed ego distinguo. ꝙ aut sunt dispēsata pie. et sic verum dicit et securus est. aut nō sūt dispēsata pie. puta q2 partē dedi episcopo ꝓ mensa sua. et partē sibi retinuit. nō tñ vt pauꝑ. s3 vt statū teneat. et sic nō ē tutus. nisi talibus satisfaciat. et ex predictis colligo ꝙ si hētur eps talis ꝯditiōis q reddit suos dispēset in paupes reseruata sibi solū necessitate ꝙ tūc tales hēn

tus dispẽsare incerta nõ debet id facere sine eius ꝯsilio et auctoritate q2 p̃sumeñ est ꝙ nouit melius pauꝑes quaꝫ aliq̃s ali⁹. Si ꝟo talis est ep̃s q de pauꝑib⁹ nihil curat. sꝫ poti⁹ de põpis et statu aut sublimatiõe parẽtũ tũc tali ñ sũt dãda talia icerta. q2 q tali ea daret non esset tutus in ꝯsciã. sed ipse ea dispenset vel videat quõ dispenset.

16 ¶ Quo ordine tenetur quis satisfacere qui pluribus hꝫ restituere. et ex diuersis causis. et nõ valens oĩbus satisfacere. Rñ. ꝙ primo et necessario debet restituere certa. Quia si restitueret incerta. ex qua restitutione efficeret non soluendo pro certis non satisfaceret. imo poti⁹ dãnatiõnem sibi acqreret. vt pꝫ ex p̃dict'. Quod facit ꝯ heredes vsurariorũ q ꝯueniũt cũ ep̃o de incer. vt sepeliatur cadauer vsurarij. cum tñ nõ sit soluẽdo creditoribus sup. certis secundo restitueñ. Est hñtibus actiões ad rẽ puta. q2 res restituẽda est aliena. q̃ semꝑ dño restituẽda est ꝟm ꝙ. s̃. pa. tuit. Idẽ ẽt si habeãt rẽ q̃ fuit alterius. et ab eo sine iusta cã abdicata. puta ꝑ metũ vt ait. ff. qd me. ca. l. metũ. §. cũ sũt. Idẽ dic de reb⁹ depositis si extãt Et gñaliter semꝑ dñi rex si extãt ipse res sũt p̃ponẽdi oĩb⁹. l. veri. §. in bõis ff. de pui. cre. ꝙ si res extãt et fuerũt vendite nõ habita fide de p̃tio cũ nõ sint trãslate in dñium emẽtis. ipsi vẽdenti cui⁹ erãt est satisfacieñ de p̃tio p̃rius q̃ alijs. l. Julian⁹. §. offerri. ff. de acti. ẽp. et vẽdi. Si ꝟo habita fide de p̃tio. sunt tradite. sic nõ p̃ponẽtur alijs. multominus si nõ extarẽt sꝫ alie subrogate fuerunt ex p̃tio illar̃ nõ p̃ponẽtur. nisi vt j. dicã de hñtibus actiões ꝑsonales. q2 tales res subrogate nõ sũt ꝑ p̃tio obligate. l. qdã. ff. de in rẽ ver. vbi est notabilis tex. et rõ est q2 p̃tiũ ex illa re redactũ nõ erat obligatũ. ergo nec res que emit ex ipso. Idẽ quoqꝫ dic in ꝑmutatione. q2 vbi sp̃ẽs i obligatiõe. est non succedit altera loco alteri⁹ vt. ff. de ver. si. l. labeo. et. ff. de rei. ven. l. mater. Fallit hoc i ẽpto ex sp̃ali pecũia alterius q̃ quo dic vt. j. Solutio. §. xi. Sed tñ in hoc casu nõ p̃ponetur hñtibus actiones reales. Post predictos hñtes actiones ad rẽ veniũt vxores ceteris p̃ib⁹ p̃ dotibus suis q̃ p̃ferũtur nõ solũ p̃cedẽtibus ꝑsonalẽ obligationẽ. sed etiã hñtibus tacitã hipothecaꝫ ẽt anteriorẽ. l. assiduis. C. q. po. in. pi. habe. facit. l. vbi C. de iu. do. et. l. ij. C. de ser. pi. da. Fiscus quoqꝫ siĉe p̃uilegiũ hꝫ cũ vxorib⁹. et id p̃rior t̃pe p̃fertur. l. q̃tiens. C. de p̃ui. fi. Ipsius tñ vxoribus et fisco p̃feruntur anteriores creditores exp̃ssas hipothecas hñtes sed posteriores vt in glo. d. l. assiduis. Sed ego teneo ꝯtrariũ quo ad vxores de hñtib⁹ exp̃ssas hipothecas vt. s̃. Dos. §. xi. Nota tñ ꝙ creditores ex quoꝝ pecunia domus vel nauis est hedificata vel reꝑata et ipsis sp̃aliter obligata p̃ponũtur in illa re mulierib⁹ in dotibus eaꝝ. § his ꝯsĩa et ibi. Ang. in auc. de coll. do. Rõ. q2 sꝫ Bal. in. d. l. assiduis. lex nõ tollit id ꝙ per pactuꝫ sibi creditores q̃sierũt. vñ creditor hñs sp̃alẽꝫ hipothecã in aliqua re sp̃alr p̃fertur in illa priori creditori hñti anteriorẽ hipothecã gñalẽ et sp̃alẽ in alia re ab illa. que creditori ẽ sp̃alr obligata. vt est tex. no. in. l. ij. C. de pignorib⁹ Post predictos veniũt omnes hñtes expressas hipothecas et posteriores et post ipsos hñtes tacitas hipothecas et in istis hñtibus expressas q prior ẽ t̃pe potior est in iure. Aduerte tñ hic ꝙ expense facte in funerando p̃ma sunt restituende q̃ꝫ satisfacieñ hñtibus tacitas vel expressas hipothecas in bonis ipsius defuncti. vt est text. in. l. penul. ff. de reli. et sumpt. fu. et in. l. at. si qs. §. i. eo. ti. Post istos veniunt deponentes si depositũ nõ extat. l. si. hoiez. ff. de po. §. fi. Et idẽ dic de hñtibus pecuniam in illã negociationem vt. j. Solutio. §. xi. nõ tamen tali p̃uilegio gaudent q sub nomine depositi mutuant ad vsuram vt pꝫ in. d. l. si hominẽ. Tertio restituendum est habentibus actiones ꝑsonales. Et inter istos primo veniunt simplices p̃uilegiarij scilicet haben-

les priuilegia personalia non realia. quia priuilegium hipothece. cũ sit ad rem est potior priuilegio psonali.l. repertum.ff.de pac. Post hos veniunt oẽs cirographarij p rata. non attenta prioritate ↄtractuum. qꝛ licitum est debitori pp cumulũ creditorũ facere deteriorem cãm prior creditor.nõ tñ ↄsitum vel hipothecã seu priuilegium habentiũ.l.i.§.ↄtrario.ff.de sepa. bo. et ista est rõ quare in cirographarijs creditoribus nõ attẽdũtur tpa. Cũ predictis oĩbus ↄcordat Bal.in.l. pro debito.C.de bo.auc.iu pos.que credo vera.nisi p statutũ municipale aliud caueat.vt Janue in mercatoribus fallentibus quia tunc illi stabitur nisi ↄtineat iniquitatem expresse.

17 ¶ Quid de herede q hꝫ multos cui dꝫ ex legatis et alios creditores ex alijs causis.R.q si debita sunt ↄtracta per eum cuius est heres et fecit legata.tunc dꝫ preponere creditores ex ↄtractu vel quasi seu maleficio vel quasi ipsis legatarijs.si oĩbus nõ põt satisfacere. Si vero legata sunt facta p eum cuius est heres.et debita p eum q est heres et q dꝫ soluere sic prius soluet legata.qꝛ bona defuncti sunt tacite hipothecata p legat. et fideicõmissis .l.i.C.cõia dele.

18 ¶ Quis est preponẽdus.an ille cui debetur ex ↄtractu vel quasi. vel ille cui debetur ex maleficio vł quasi.R.qdaꝫ dicunt q ille cui debetur ex ↄtu vel quasi.sed ego hoc nõ credo cũ nullo iure probetur.et iõ restituet ſm ordinem predictum.

19 ¶ Quid de simpliciter soluente. non seruato ordine suprascripto.nunqd in ↄscia liberatur.R. Rod.tꝫ q non nisi credidisset fore soluendo oĩbus.vel nisi ignorasset vnũ creditorem fore potiorem alio.cũ quo ↄcordat Hostien. et Monal.ti.restitutio.viij. Quod verum credo.nisi laborasset tali ignorantia que eum nõ excusaret.c.apostolice de cle.exco.mi.

20 ¶ Utrũ restitutio incertorũ que pauperibus dꝫ dari.vt.§.patuit possit auctoritate episcopi ↄuerti in reparationem ecclesie vel monasterij seu hedificationem R. Jo.an.in.c.religiosis.de testa.tꝫ sic dicens fuisse disputatũ p excelentissimos doc.q si ecclesia indiget necessaria augumẽtatione. puta qꝛ populus nõ põt in ea stare oĩm.nec facultates ecclesie sufficiũt ad eius reparationem.q potest epũs ppria auctoritate sine pauperũ graui damno talia incerta conuertere in eius reparationẽ. Si vero facultates eccłie sufficiunt vel reparatio nõ est necessaria.sed volũtaria nimia fames iminet. sic nõ põt. ſꝫ tñc paupibus dare.c.pastoralis.xcvi.di. et pro ista opi.facit.qꝛ bona ecclesiastica sic sunt pauperibus obnoxia.sicut illicite acqsita vt in.c.auri.xij.q.ij.et.c. fi. ns.xvi.q.i.Et tñ episcopus potest pro reparatione ecclesie dare centesimã vel quinquagesimam .c. bone.xij.q.ij.c. appostolice.de donationibus.Ergo et de illicite acqsitis idem poterit facere. Facit ad idem.c.ecce. et .c. statuimus xvi.q.i.Sed q nõ possit tꝫ Pe. de peru.in tractatu. de canonica portione epi.c.vij.et dicit q predicta determinatio nõ est bona.qꝛ vł ↄeasũm Cle. qꝛ ↄtingit.de religi.do.vbi pꝫ.q ea q relinquũtur ad vsus pauper.non põt sine auctoritate pape in alium vsuꝫ ↄuerti. p quã cle.dicit idem Pe.q executor testamẽti incerta nõ poterit distribuere nisi paupibus quã opi. Pe.credo verã in legatis factis paupibus. nisi in casu qñ talis ecclesia vel monasteriũ reparetur. Ex cuius reparatione populus multũ haberet ꝓuocari ad obseruãtiã xpiane religionis qꝛ tũc liceret. Et sic limitarẽ opi. Jo.an.predictã qꝛ in tali casu sit bonũ pauperũ eo.q fideles ad elemosynas abũdãtius p hoc inuitãtur.aĺs nõ.ita tñ q nõ immineat nimia fames.ſꝫ in alijs icertis restituẽdis nõ est ita ſꝫ tene opi. Jo.an.qꝛ.d.cle.qꝛ cõtingit.nõ loqtur de talibus.

Restitutio.iij. ſ.qñ qs tenetur ad eam faciendã p cuius intelligẽtia.

1 ¶ Queritur vtrū quis teneatur statim restituere cū potest. R. q̄ sic. quod patet per. c. sepe contingit. de resti. spo. et ratio est fm̄ Sco. in. iiij. di. xv. q: preceptū de restituendo lz videatur affirmatiuum. tamen cadit sub illo precepto negatiuo. Non furtum facies Exo xx. que precepta negatiua obligant. et pro semp et ad semp. et hoc est quod voluit dicere Tho. secunda secunde. q. lxij. a. q̄ sicut accipe rem alienā est ꝯ iusticiam. ita et detinere eā. et ꝓpterea dicit tex. in. d. c. sepe ꝯtingit. nō multū interest quo ad periculum anime iniuste detinere. ac inuadere alienum ideo totiens mortaliter peccat qs. quotiens scit se debere restituere aut satisfacere primo et pōt et nō vult vt ꝑ predicta pz. nec pōt absolui. nisi prius restituat potens restituere. c. si res. xiiij. q. vi. nisi in casu quando doleret q̄ non restituit ꝯparum potuit et proponit ꝯprimū poterit satisfacere.

2 ¶ Quid de illo qui cū possit restituere nō vult: sed heredibus vt restituant imponit. R. q̄ per hoc nō est in statu salutis sed potius dānationis. et si sic moriatur. oio dānatur. Si tamē ob hoc imponeret heredi satisfactionē. q: melius ꝑ ipm̄ heredē poterit fieri q̄ per seipz ꝓponēs firmiter ꝑ seipm̄ satisfacere si sic posset. ita erit in statu salutis.

3 ¶ Quid de cōstituto in articulo extreme necessitatis. an teneat restituere. R. fm̄ Sco. vbi. s. q̄ nō. q: in extrema necessitate omnia sunt cōia. l. i. §. cum in eadem. ff. ad. l. ro. de iac. vnde ista res iure poli efficit detinentis cōstitis in tali articulo. nisi ille cui debet restitui similiter sit in tali extrema necessitate q: tunc illi debet. qui prius in talem deuenit necessitatem. et si eodem tēpore deuenerūt dn̄o est restituēda. q: duobus ꝯcurrētibus preualet qd̄ est potius. ar. l. querit. ff. de sta. ho. Et subdit Sco. q̄ si talis detentor eam rem nō occupauit ante talem necessitatē. lz veniat ad pinguiorem fortunam nō tenetur restituere. Secus si p̄occupasset ante talem necessitatem.

4 ¶ Utrum debitor qui non est in articulo extreme necessitatis. sed tn̄ nō pōt restituere sine magno suo dāno temporali. puta destructione artis ex q̄ viuit ipse et familia sua q: oporteret vendere instrumenta. vel libros. vel capitale ex quibus victū lucrat. similiter statim teneat restituere. R. fm̄ Sco. vbi. s. q̄ si ille cui debet est abundans ita q̄ cōpetenter pōt trāsire sine eo qd̄ sibi debet tunc nō tn̄r statim restituere. sed debet petere licētiam differendi restitutionem per se vel per interpositam personam si fieri pōt sine periculo quam si si dat potest differre fm̄ q̄ ꝯuenerunt Si vero nō vult dare. tunc fm̄ Jo. de neapo. in quolibeto. ix. q. xxj. etiam differre potest annuatim aliquid restituē do prout melius poterit. Pro cuius dicto facit in ar. c sicut hī. in. §. inuadere cum glo. xlvij. di. et c. si quis. de fur. vbi pz q̄ magna necessitas etiam si nō sit extrema excusat a restitutione. debz tamen sibi cauere a superfluis q: nō pōt viuere cum honore et cum decētia status quis de alieno. fz Ri. in. iiij. di. xv. articulo. v. q. iiij. et si ipse in vita nō poterit satisfacere iubeat heredibus vt ipsi compleant. Si vero ille cui debetur ita eget sicut et ipse tunc statim tenetur restituere. quia non licet cum incomodo alieno meum comodum facere de alieno. quia prima caritas incipit a seipso. c. non satis lxxxvi. di nisi ille cui debetur liberaliter concederet licentiam differendi.

5 Utrum restitutio sit differenda qn̄ nō potest fieri sine dāno aie alicuius aut corporis aut fame. R. q̄ sic donec cēnt predicta pericula q: ordine caritatis aia et corpus et fama debent p̄poni rebus tp̄alibus. facit. c. officij. de pe. et re. nisi ille cui facienda est restitutio esset in extrema necessitate quia tunc salus corporis illius est preponenda in re sua saluti corporali alterius et fame nō aūt anime. His omnibus concordant Sco. et Ric. in. iiij. xv. di. et Henri. de

ganda.in.vi.quolibeto.q.xxiiij. et Jo. de neapoli.vbi.s.

6 ¶ Utrum ille a quo res pôt aduocari petita restitutione in integrũ iure spãli vel generali teneatur eam restituere in foro aie añq̃ imploretur. R. sm Inno.in.c.q2 plerisq.de imu.ec. q si ptra ctus tenuit mero iure non tenetur.nisi is qui pôt petere restitutionem fuerit lesus malicia pãentis. Addo etiam vt nisi ipediretur petere aliquo iusto tiore.puta q2 dubitat non posse obtinere in iudicio pter fauorẽ tãta debentis et hmõi.q2 sic ẽt si nõ aduocat tenetur in pscia.qd no. Si vero contractus sit z.sed est nullus ipso iure. puta qa res eccle est vendita sine debita solẽnitate.et hmõi.sic tenet.lz nõ petatur. Qd limitat do.Anto.in.d.c.q2 plerisq.quo ad cõscientiam verũ nisi contractus teneret quo ad metas iuris naturalis. puta q2 fuit legitima cã alienandi rem ecclasticã et debitum pretiũ ẽ solutũ licet defuerit solemnitas. nihilominus in foro anime nõ tenetur. quia solemnitates sunt adinuente propter deceptiones vitãdas.et ideo vbi cessant cessabit in foro anime ipsa lex. Facit qd dico.s.Electio.§.vltimo.

Restitutio vltimo quõ tollitur eius obligatio.R.dicendo q quo ad forum contentiosũ remittitur absolutione.solutione.rei iteritu.et cessiõe. Sz hic solũ dicã quõ remittit quo ad psciam. et pmo per absolutionem et hoc per qõnes melius cognosces.

1 ¶ Utrũ absq reali restitutione ex sola absolutiõe creditoris. vel relaxatione absoluatur qs ab obligatiõe restitutionis.R. q lz Girar.de se. et By. i regla peccatũ.de re iu.li. vi. videant tenere q nõ sz q necessaria sit rei restitutio vel pciũ.si nõ erat. Tũ tu tene cũ Egidio or.heremitarum. et Jo.an.i.d rla peccatũ. Lap.de castilione.et multis alijs q valet.et libere est absolutus.si tñ dicta relaxatio liberalr sunt facta ẽt si debitor nõ habuerit debitã dispositionez ad soluedũ.q2 in trãslatione dñij rerũ seu circa ipas res attẽdit plus voluntas dñi eap q̃ alterius. Insti.de fur.§ placuit.et l.iter oẽs.§.pe.ff. de fur. et pz p ea q̃.s.dixi. Restitutio primo.in pri. Et sz Egidiũ pdictum in quolibeto.lz talis debitor male dispositus ad restituẽdũ indigeat pnia de tali mala dispositiõe alr nõ absoluetur a deo.tñ penitendo de tali mala dispositiõe non tenet amplius restituere. Aduerte hic q2 sũt casus in quibus relaxatio creditoris non absoluit ab obligatione restitutionis. Primus est in Cle. volentes. de here.de q̃ s.Excommunicatio.vij. casu. xlij. Secundus casus est in. c. felicis.de censi.li.vi.de q̃ hẽs.j.Uisitationes. §.iij. Tertius casus ẽ.s.Judex.§. viij.

2 ¶ Quid si talis absolutio seu remissio fit facta nõ liberalr.sed p metũ seu desperationem.puta ne eius indignationez incurrerẽt. vel q2 oia nihil habere posse se credebat vel parũ. Aut cum fraude fuit obtẽta.puta dicẽdo q nihil poterat soluere vel parũ.cũ nñ totum posset vel plusq̃ dixerit. R. q non valet. nec talis est liberatus ab obligatiõe restitutionis. No.tñ in sũma.ti.de vsu.z q si aliq̃ honesta psona tractat cũ aliquo dicẽs si ex corde residuum volueris remittere faciã q talis restituet tibi tñ. et ille remittit q talis dbitor ẽ liberatus. Qd credo verũ qñ talis psona honeste sic tractat.puta itẽdẽdo gerere negociũ ambor vtilr. et q̃ ad obligationẽ restitutiõis sz si q̃ ad pctm male dispositionis.de quo tamen sufficit peniteat sine alia restitutione.

3 ¶ Sz nũqd qlz cui debetur pt hãc absolutionẽ facere.R. q nõ sz solũ illi q liberã h̃ suis reb9 hñt administratõem. Et q pñt dõar. et q sint.vid s dõatio pmo.

4 ¶ Utrũ pcilũ vniũsale vl ciuitatis et hmõi possit remittere qd dbet singulari psõe p eius voluñtatẽ.R. sz Inno.in. c.in nostra.de iniur. q .sic. si debetur sub ciuili tñ.addito vñ pnceps restituit.integrũ ex certa scia cum pñdicto tertij licite.facit ad hoc.l.si.C.de sc.pal et

lib̄i causē. ff. de mino. et q̄ no. Bar. in l. gal⁹. §. et q̄d si tm̄. ff. d libe et posthu. Secus si debet iure naturali q2 nō pōt Qd limita nisi ca⁹ q2 cū ca⁹ etiā pōt. vt no. idē. Innoc. in. c. q̄m ecclesiarū. de psti. et glo in. l. ff. C. si cōtra ius vel vti. pu. vbi tz q̄ publica vtilitas sit licita ca⁹ vt tollatur qd alteri debetur. ēt de iure naturali. qd est notādū singlr. q2 facit ad cognoscēn qn papa pōt dispē sare super certis et qn dn̄i vl̄ cōitates q habuerūt bellū inter se pnt cōpone re super dannis datis. de quo vide. s. Bellum. §. xiiij.

5 ❡ Utrū cūquis nō vult restituere. q2 nō potest nisi cū magno suo incommo do. et ille cui tenetur non vult dare di lationē vel remissionē aliq̄ possit ab solui a suo cōfessore. Re. fz Directo. re stitutio. q̄ etiam si non imineat peri culū vite restituere debēti. vel aliqd gra ue icomodū potest cōfessor cōsciaz suā formare. ex eo q̄ itēdat negociū vtilr gerere creditoris. eo q2 videt q̄ nō ita cito vl̄ ita comode vel nūq̄ possz rem suā recuperare. et sic dare absolutionez peccatori potest dummodo promittat bona fide satisfacere certo die. vel aliaz cautionem faciat. non tamen iuramen tū exigat. vt ita creditor habeat suū. et peccator nō recedat a ɔfessore despera tus. pro quo facit. l. soluendo. ff. de ne go. ge. et. l. aut pretor. §. i. ff. de nimo. Et cuz hoc concor. Io. in summa. Quod bene notent confessores qui non soluz vtiliter non gerunt negocium credito rum. sed potius damnose absoluendo illos qui restituerent si absolutionem negarent. quia tenentur ipsi de omni danno dato creditoribus.

6 ❡ Utruz episcopus vel proprius con fessor possit dare licentiam differendi restitutionem incertorum. Re. do. An to. in. c. cum tu. de vsu. tenet q̄ confes sor nō potest nisi habeat auctoritatem ab episcopo. Alij aūt tenent q̄ etiam proprius confessor. Sed ego dico q̄ et episcopus et proprius confessor po test quando ex rationabili causa hoc facit. ita tamen q̄ p h nō ledātur pau peres sicut faciūt qui talia i certa cōcē dūt ad pōpā et ad statū illoꝝ q debēt restituere. et ad damnationē tam cō cedentium q̄ quibus conceditur.

7 ❡ Utrū dn̄s q si totū vēderet quod hz non posset restituere q̄cqd ipse vel sui predecessores idebite a subditis rapue rūt. hēat aliquē modū liberationis. Re. fm Monal. ii. restitutio. iiij. q̄ sic vz vt remittat oibus sine in recompensa tionē. aliquā summē ad quā tenent ei i ppetuū: vel det eis aliquā certā immu nitatem vel faciat aliqd hospitale. vel aliā elemosynam de ɔsensu et volūtate dāna passoꝝ vel eoꝝ successoꝝ et cū hoc cōcordat Directo. ii. de resti.

8 ❡ Utrū heredes quibus relictum ē q̄ soluāt mille libras p icertis habitis ex vsuris. cū. n̄ appeat d dictis vsuris nisi p ɔfessionē testatoris liberētur p p̄scri ptionē. xxx. annoꝝ a dicta restitutione Re. Lau. post Fede. q̄ sic si bona fide semp sic possederūt. nec p epm amplꝰ poterūt molestari. Rōꝰ q2 cū actio que cōpetit ex testō: vel cōdictio q̄ competit epo p. l. nulli. C. de. epis. et cle. sit ɔsonā lis et i spacio. xxx. annoꝝ claudatur. C. de p̄scrip. xxx. vel. xl. annoꝝ. l per con sequēs. Ideo heredes bone fidei nō po terunt molestari. Nec ob. q̄ actione q̄ cōpetit epis durēt. xl. annis. q2 hoc intelligit de actiōibus cōpetētibꝰ epa tui. vel ecclie collegiate. sed hic non cō petit vt epo. sed vt hiconomo et admi nistratori paupum. Quo ꝟo ad eos q bus bona sunt alienatē vl relicta si spa tio. x. annoꝝ possederunt indubitanter sunt liberati ab obligatione restitutiō nis: q2 actio ɔsonalis nō cōpetit ɔ suc cessorē singularē. l. i. §. heres ff. ad tre bel. Secus si talis heres vel vniuersa lis aut singularis fuisset male fide pos sessor vel si alr appeat de vsura per fa cū. q2 sic nō esset liberatus. vide ēt q̄ dico. s. Prescriptio. §. xlij.

❡ Quō ēt p p̄scriptionē aut vsucapio nē qs liberat ab obligatiōis restitutiō nis vide. s. prescriptio. §. xlij.

io ¶ Utrum p cessionē bonoꝝ tollat̄ obli gatio restitutiōis. vide. s̄. Cedere bōis.

R Esuscitatus q̄modo re- fluunt i inte- grū. vide. s̄. mors. §. iij.

R Euelare Utrū q̄s teneat̄ p̄lato qđ scit reg fitus ab eo p excōicationē aut alio p̄e cepto. vide supra Confessio delicti. ⁊ ↄ̄ nūciatio. ⁊ inq̄sitio. Itē de sigillo con fessionis ⁊ secreti vide. s̄. Cōfessio vlti mo. §. iiij. an teneatur vxor reuelare ma rito adulteriū. vid̄ s̄. iuramētū. iiij. i p̄n

R Euerentia differt ab ho nore. eo q̄r re uerentia ē p̄ncipiū motiuū honoris in cūtū. s. q̄a ex reuerentia quā hꝫ ad ali- que ipsū honorat Itē respectu finis in ↄ̄rtū. s. q̄s honorat̄ vt ab alijs in reue- rētia habeatur.

¶ In q̄bus cōsistit reuerentia. R̄. q̄r in vi. Primo in dilectiōis affectu. xcv. di. Esto subiectus. ij. q. v. hꝫ. Secūdo in obtēperatiōis obia. xciij. di. §. i. ⁊ c. se. ij. q. vij. sacerdotes. vij. q. i. c. quia. ⁊ de ma. ⁊ obe. si quis. Tertio ↄ̄mittādo ⁊ subsequendo. xcv. di nō os. Quarto in temerarie nō rep̄hēdēdo vel iudicā- do xxi. di nolite quito defectus eoꝝ nō reuelādo s̄ coopiēdo. xcvi. di. i scriptu ris. Sexto honorem debitum qui con sistit in quibuscunq̄ signis exteriori- bus exhibendo.

R Igor est iuris excessus q̄ q̄n q̄ statuitur ad terro- rem aliorum vt in. c. ij. de come. ⁊ in. l. aut facta in fi. ff. de pe. ij. q. iij. si quis epm. Q̄n q̄ tn̄ sumitur pro ordine iu- ris scḋm regulas ipsius scriptas vt in. c. sup lr̄is. de rescrip. Q̄n q̄ p subtilita te vt notatur in. c. vt. constitueretur. so. di. ⁊ differt ab equitate que est ordina ta iustitia tēperata dulcedine misericor die vt no. i. c. fi. ↄ̄ trāsac. facit. c. discipli na. xlv. di. Ius ꝟo est mediū inter eq- tatem ⁊ rigorem ⁊ accipitur pro com muni decisione, que fit s̄ꝫ cōes regulas iuris hec pa. in. c. in lr̄is de restit. spo. ⁊ in. c. iure gentiū de sen. ⁊ re iudi. Q̄n

autē rigor aut equitas sit seruanda vide vt in. d. c. fi. de transac. ⁊ i. l. placuit. C. de iudi. q̄r parū ad nos pertinet.

R Isus vtrum sit pctm̄. R̄. q̄r aliq̄n prouēit ex sere nitate ↄ̄scie ⁊ pregustatione serenitatis diuine ⁊ iste ptinet ad fructū sp̄us q̄ ē gaudiū Aliq̄n ex mansuetudine natu re ⁊ sic attestatur bonitatē nature Ali- q̄n ex inordinatione inepte letitie de q̄ vr̄ ecclesiastici. vij. Melior est ira risu ⁊ sic isto modo solum est peccatuꝫ hec alex. in secunda secunde.

R Ixa vr̄ quoddā p̄uatum bellum qđ agitur int̄ personas p̄uatas nō ex aliqua publi ca auctoritate sed magis ex inordina- ta voluntate ⁊ semp est pctm̄ mortale in inuadente In defendente ꝟo se ali- q̄n ē sine pctō vt q̄n solo aīo defenden di cuꝫ moderamine icl'pate tutelle fit ↄ̄ q̄. s̄. defēsio per totū aliq̄n fit cū pec- cato veniali. s. cū non multum excedit moderamē aut q̄n est leuis motus si ad vindictā Aliq̄n ꝟo cum mortali. s. cū animo effrenato insurgit i ipugnā- tē ad occiden̄. vel grauiter ledendū eū ⁊ de ista intelligitur illuđ ad Ga. v. ⁊ est filia ire vt dicit Gre. xxxi. mor. ⁊ cō cor. Tho. secunda secunde. q. xli.

¶ Quid si ticius ⁊ sempronius percus sissēt se adinuicē ⁊ contumeliā [illegible] nūq̄đ ista parta delicta tollātur [illegible] ↄ̄pēsatiōe vt dicit̄ i. c. itellexim⁹. ⁊. c. fi. ↄ̄ adul. R̄. q̄r nō s̄ꝫ Pa. i. c. i. de iureiu. ⁊ i. d. c. fin. et si nō agatur iniūr q̄r non sūt circa idē factū eo q̄r factū tuū n̄ est meū vt probat̄. i. l. apđ celsū. §. Mar- cell⁹. ff. ↄ̄ doli excep. ⁊ iđ glꝫ poterit age re ↄ̄ iuria sua ⁊ dāno nec poterit repel li ab agēdo propter iniuriā factā vt ↄ̄ cit Inno. multomin⁹ tollūtur si aga tur criminalr̄ ad penā legalē q̄r cuius libet delictū punietur pena cōdigna. l. iij. §. ij. ff de adul. Et dicta regula pa- ria delicta intelligit̄ ꝟa solū q̄n delictū est circa idē commissum vt pena circa idem matrimonium ⁊ agitur ciuilr̄.

¶ Sꝫ nūq̄đ p̄cutiens ex iusto calore ⁊

iracūdie teneat.R. Spe.ti.de actu.§.i. tenet q̄ nō q: calor iracundie vitio caret calūnie.ff.ad turpilli.l.i.§.queri posset Sed 2trariū credo q: iniuriam propriam non lz vlcisci .C. qn̄ licet sine iudi. ꝑtoris ar.ꝑ locū a.spāli i.l.si ex plagijs §.tabernarius.ff.ad.l.acqui.facit.c. primū de iniur.et.l.si.ff.de sicca. Dūm qn̄ agitur cū eo.q: difficile est iustū tēpas dolorē.l.si adulteriū.§.ipatores.ff. de adul.et sic tene in cōscia q̄ tenetur Et qd̄ dicit Spe. hēret locū i aiali irrōnali prouocato si occideret q: sic nō teneretur dominus de quo in.l.i.§.cuz arietes.ff.si qua. pau.fe. di.

R ogationum dies . sunt dies tres immediate precedentes festum ascensionis domini in quibus ieiunandum est et feriandum Serui et ancille debent esse liberi ab opere fuili et quadragesimali cibo vti debēt hoies vt habet in c.pn̄ciali.et in .c. rogatiōes de conse. di.iij.qbus abrogatū est quo ad ieiuniū et festan.et male.attn̄.excusātur 2facietes a pctō sed nō a pena q: credendū est q̄ multa bona in fructibus ꝑstarent nobis a deo si illo tpe quo incipiunt eorum maiora pericula hoies per ieiuniū.et sācificationē i letanijs 2uenirent ad poscendam Eius largitatem.

S acerdos nomē est compositum ex greco et latino quasi sacrum dans.xxi. di. cleros. Eius officium est sacramentum corporis et sanguinis domini conficere orationes dicere et benedicere dona dei vt dicitur in.c.perlectis.xxv.di.

1 ¶ Utrū appellatione sacerdotis veniat solū ꝑsbyt.R.q̄ in materia fauorabili noie sacerdotis venit presbyter diacon' et subdiaconus facit tex.in.c.i.xv.q.v. Secus in materia odiosa q: solum venit presbyter facit.c.si.quisq̄ de coha. ple.et mu.et ibi Pa.hoc no.

2 ¶ Sacerdos parrochial' dz visitare infirmos sepe.c.i.de cel.mis. Item debet stare ieiunus vsq̄ ad horā 2gruam celebrādi et si celebrat non dz sumere purificationē ꝑꝑ ncītatē nisi hēat aliū ꝑ quē possit suppere vt no. Pa.in.d.c.i.

3 ¶ Utrū possit ministrare sacra pegrinis et hospitibus confluētibus ad ecclāz suā.R. Pa.i.d.c.i.q̄ sic vnde morientes ibi sine electione sepulture sepeliūtur ibidem Aut si alibi elegerunt debetur eis quarta portio.

4 ¶ Utrū sacerdos volens suscipere eucharistie sacrm̄ puta q: infirmus vel alias impeditus a celebratione debeat hēre orariū siue stolā.R.q̄ sic et ita circa collū et super vtrūq̄ humerum q̄ signum crucis preparet in suo pectore sic et qn̄ vult celebrare vt in.c. ecclasticā.xxiij.di.tex. aperte clamat.

5 ¶ Sed nunqd cuz facit offm̄ diaconatus vtetur stola sicut cū celebrat. R. q̄ nō ar.c.precipim' et quod ibi no.xciij. di.sed vtetur sicut diaconus vti dz.s.q̄ hēat stolā sup humerū sinistrum taliter q̄ veniat ante et retro sub brachio dextro et humerū dextrū cum eius brachio sit liberū ad ministerium sacerdotale.xxv.di.vnū orariū glo.tn̄ i.d.c.ecclīastica,dicit q̄ pon' ē sequēda 2suetudo p.c.fat facta. xij. di.et istud tene Sz si 2suetudo nō appareat dic q̄ nō vtetur nisi vt diaconus.q: tādiu qs hz priuilegiū q̄diu locū tenet priuilegiati.l.vlti.C.de testa.mi.et c.gnaliter.xvj. q.i.et.d.c'.precepimus.

6 ¶ Utrū i pcō mortali possit exeq̄ officiū suū.R.q̄ nō sine peccato mortali. xv.q.vltima.c.vltimo.et. lxxxiij.di.c.i.

S acramentum ē secūdū hugo.de Sancto Uictore li. vi. de Sacramentis parte. xi . c. ij. Materiale elementum extrinsecus oculis soppositum ex institutione figurans ex similitudine representans et ex sanctificatione aliquam gratiam inuisibilem conferens Et elementum sumitur ꝑ quacunq̄ re sensibili Sicut oculus pro omni sensu . Similitudo vero pro.representatione secundum quādā proportionabilitatem.s.vt sicut se habet aqua ad lauandum sordes corpo-

rales sic gr̄a ad sp̄ūales ⁊ cōpetit hec diffinitio sacramentis noue legis in q̄bus sunt tria. s. naturalis similitudo ex qua h̄nt aptitudinē rep̄ntandi actual institutio occulta vel exp̄ssa ex qua h̄nt determinatā ordinationē respectu huius significati ⁊ sp̄ūalis sanctificatō ex q̄ h̄nt v̄tutē efficiēdi illud significatū.
1 ¶ In quo ɔsistit sacr̄m. R̄. magr̄ sniarū in. iiij. di. i. q̄ in duobus. s. i v̄bis ⁊ i reb⁹ ita q̄ sb̄ v̄bis cōprehēdant̄ frēno ɔferentis ⁊ sub rebus sctm̄ seu facta.
2 ¶ Que sunt necessaria in oi sacr̄o. R̄. q̄ .iiij. Primū elemētū sive debita materia. Secundum forma verboꝝ. Tertium minister debitus. Quartum intētio ministrātis ⁊ de istis habes. s̄. Baptismus ⁊ in alijs locis suis.
3 ¶ Sacr̄m tm̄ dr̄ puta i baptismo ablutio sb̄ forma v̄boꝝ i eucharistia ipa hostia ɔsecrata ⁊ h̄mōi. res sacr̄i in baptismo ⁊ alijs i q̄b⁹ ip̄mit̄ ē caracter In q̄b⁹ v̄o nō ip̄mit̄ est q̄dā ornat⁹ aie. In sacr̄o aūt corporis xp̄i est ip̄m corpus xp̄i vere sub illa sp̄e ɔtētū. ⁊ est corpus misticū. s. sancta eccl̄ia. q̄ tm̄ in ipso nō ɔtinet̄ s3 signatur. Est et quoddā qđ est res ⁊ nō sacr̄m. ⁊ istud ē gr̄a grati faciēs. sive effect⁹ sacroꝝ.
4 ¶ Quot sūt sacr̄a noue legis. R̄. q̄ .vij. s. baptism⁹. ɔfirmatio eucharistia p̄nia extrema vnctio. ordo. ⁊ matrimonium. In q̄bus aūt ip̄matur caracter. vide s̄. Caracter.
5 ¶ Utrū eq̄ bn̄dicta sit sacr̄m. R̄. Ric. in. iiij. di. p̄ma. q̄ nō q̄ p̄ eius asp̄sionē remittunt̄ pctā p̄ modū meriti inq̄ntū s. excitat motū caritatis seu feruorē voluntatis p̄ quē fit remissio. nō aūt tā͠q̄ per vim sacramēti.
6 ¶ Quot sunt sacr̄a necessitatis. R̄. v. s. Baptismus Confirmatio. P̄nia post pctm̄ mortale cōmissū. Eucaristia. Et extrema vnctio. vt no. i. q. i. §. s3 nōdū ⁊ in. c. veniēs. de trāsac. in gl. q̄ iō dicūtur necessaria. q̄ sine ipsis nō pōt qs saluari. si ex ɔtēptu omittuntur ⁊ h̄eri p̄nt. de p̄mo h̄es. de ɔse. di. iiij. §. p̄mo de s̄o ibidē in. c. null⁹ ministroꝝ ⁊ di. v. c. vt ieiuniij. de tertio. de pe. di. i. q̄si p̄ totū. de. iiij. d̄ ɔse. di. ij. ois h̄ō. de. v. xxvj. q. vij. ab infirmis. alia duo. s. matrimoniū ⁊ ordo dicunt̄ sacr̄a volūtaria. q̄ sine ipis p̄t h̄ō saluari si ea nō vult.
7 ¶ Quō sunt dāda. R̄. q̄ eo mō q̄ dr̄ in suis locis cū quodlibz h̄eat suū modū. In vno tm̄ oia ɔueniūt. q̄ i signo crucis oia sacramenta sunt danda ar. c. nō obseruetis. xxvi. q. vij.
8 ¶ A quo sunt suscipienda. R̄. q̄ baptismus pōt suscipi i necessitate ab oibus vt. s̄. Baptismus. v. Alia aūt excepto m̄rimonio nō nisi a sacerdotibus. ⁊ de hoc dic vt in suis locis.
9 ¶ Utrū possint recipi ab eo q̄ est i pctō mortali. R̄. vt. s̄. clericus. viij. §. ij.
10 ¶ Quibus dn̄t dari. R̄. q̄ diuersis diuersimode s̄m q̄ sacr̄a sunt de quo vide in locis suis vnū tm̄ notādū ē q̄ nullus ex̄ns in pctō mortali p̄t aliqđ sacr̄z suscipe q̄n peccet mortalr̄. xl. di. multi xxiij. di. illđ. xi. q. iij. audi. sicut nec aliqs minister pōt ea aministrare i pctō mortali q̄n peccet mortalr̄ nisi s̄m aliq̄s illa admistraret vt laic⁹ i necessitate puta q̄ baptizat. qđ h̄eo valde dubiū.
11 ¶ Que sacr̄a p̄nt iterari. R̄. oia illa in q̄bus nō ip̄mit̄ caracter. xxxij. q. vij. licite ⁊. i. q. i. qđ q̄dā.
12 ¶ Quid cū dubitat̄ an qs receperit aliqđ sacr̄m puta baptismū ⁊ h̄mōi. R̄. q̄ si dubiū est p̄babile. vel v̄isilis resultat ɔiectura reiterā si est. s̄m q̄ dixi s̄. Baptismus. vij. §. ix. q̄ nō dr̄ iteratū qđ nescit̄ fcm̄ de ɔse. di. iiij. si null a. ⁊ de presby. nō bap. c. veniēs.
13 ¶ Utrū sacr̄a vl̄ sacralia. sicut est oleū sanctū. aq̄ baptismal. ⁊ h̄mōi possint recipi p̄ sanitate acqrenda. vl̄ ex alio fine q̄ͣ eo p̄pter quē sunt instituta. R̄. q̄ nō sine pctō mortali. si talis sit finis p̄ncipalis. q̄ vti sacr̄is ad aliū finē q̄ͣ ad eū pro quo ordinata sunt. est ipsis abuti. Excipit tm̄ Pe. de palu. in. iiij. sacr̄m matrimonii quod s̄m eum q̄s contrahendo ex alio fine putat p̄pter diuitias ⁊ h̄mōi nō peccat mortaliter. vt. s̄. h̄es. Matrimoniū secūdo. §. xxv

Secus si vteretur quis talibus sacris principaliter ex fine suo. et secundario pp sanitatē acqrendā sicut fecit ɔstātinus imperator. qꝛ sic non peccaret.

Sacrilegiū est sacre rei violatio vel vsurpatio. et accipitur hic violatio p quācūqꝫ irreuerētia. aut de honoratione et dr̄ sm̄ inno q̄si sacriledium. vel sm̄ Lau. q̄si sacre legis lesio. et de hoc hēs glo. xvij. q. iiij. in. c. sacrilegiū.

1 ¶ Quot modis cōmittit sacrilegiū. R̄e. qꝫ tribus modis. Primo rōne psone. sicut cū qs ledit psonā ecclesiasticā. xvij. q. iiij. siqs. Scdo rōne loci. sicut cum violatur immunitas ecclesie vl̄ cimiterij. et ibidē. c. si qs. et. l. i. cū multis. c. se. Tertio rōne rei et istud fit tripliciter. s. auferēdo sacrū de sacro. s. loco vel nō sacrū de sacro vel sacrū de nō sacro. vt no. in di gl. et hic loquor de sacrilegio proprie. Nā large cōmittitur multis modis vt not. in. d. glo. et ibi vide qꝛ nihil ad nos.

2 ¶ Aduerte etiā qꝫ oē peccatū qđ cōmittit psona ecclesiastica materialiter et q̄si p accñs dr̄ sacrilegium. Unde dicit Hiero. qꝫ nuge in ore sacerdotis sunt sacrilegiū vel blasfemia. Sed formaliter et proprie sacrilegiū. est illud peccatum. qđ psona sacra agit ꝯ eius sanctitatez directe. vt si virgo deo sacra fornicetur et hmōi. Large etiā sacrilegiū est cū rem ecclesie, quis indebite vsurpat. xvij. q. iiij. §. qui autē.

3 ¶ Que pena sacrilegoꝝ. hēs in. l. si qs in hoc. C. de epi. et cle. et. xvij. q. iiij. p totū et ibi vide. qꝛ nihil ad nos. sed ad forū ɔtētiosum solū. Sed quo ad ɔsciaꝫ est excōicatio. de qua vide. s. Excōicatio. v. casu. i. et. vi. et. ix. et. xiij. et. xxviij. et Excōicatio. vij. in multis casibus.

Sacrista siue custos ecclesie hꝫ pulsare cāpanas ad horas iubente archidiacono. Item custodire palas seu linteamina altaris. et oīa vtēsilia eccl̄ie. Itē lāpades curare ne supramodū lucendo oleum despat: aut minus lucēdo obscurior fit ecclesia. Item prouidere de incenso luminaribus: pane et vino p celebrando. Item oblatiōes et decimas sm̄ iussum archidiaconi iter fratres diuidere. Hec notantur. in. c. placitis quasi in fi. xxv. di. et de officio custo. p totū.

1 ¶ Quis dꝫ deputari sacrista. R̄. qꝫ aliqs de sanctioribus ecclesie. vt in. c. ij. de officio custo.

2 ¶ Ex qua culpa tenetur si quid pereat vi. de. s. custos.

Sagittarius dr̄ q artez balistarioꝝ exerceret et vtꝝ liceat vide. s. Ars.

Salariū An debeatur famulo infirmanti aut similibus. vide. s. Familia. §. ij.

Sanctus quis debeat haberi. vide. s. Canonizatio et reliquie.

Saracenus dr̄ q deos deasqꝫ colit. immo demones nec nouū aut vetus testim̄ recipit hoꝝ tēpla pcipiuntur claudi sub pena mortis et amissiōe bonorum. C. de paga. et sara. et tēplis eoꝝ. l. i. et. ij. et quasi p oia quo ad phibitiones iudeis cōperant. C. eodē. l. vt ppha nos et extra de iude. et sacra. quasi p totū. Et iō vide. s. Judeus. q phibentur xp̄ianis erga ipsos excipit tm̄ casus. qꝛ cum saracenis xp̄ianus comedere nec habitare prohibetur. xi. q. iij. ad mensam: sed bene cū iudeis. xxviij. q. i. omnes. qꝛ magis sunt nobis puersi iudei et in cibis nos ɔtēnunt. tamen Lau. et Jo. et multi sequaces tenēt qꝫ cum saracenis etiam nō lꝫ comedere. qꝛ etiam ipsi in multis iudaizant. quod verum credo q̄n in cibis talia obseruant. alias nō. Item qꝛ iudeis permittitur eorum sinagoga. Sed saracenis nullo modo pmittitur inter xp̄ianos publicā inuocationē facere machomeri neqꝫ peregrinatio ad aliquē suoꝝ sicut ad sanctū. Et ɔcunqꝫ eoꝝ dn̄s xp̄ianus q hoc eis pmittit peccat mortaliter qꝛ facit ꝯ preceptū Cle. vnice de iudeis. Item qꝛ cū iudeis pñt xp̄iani habere cōmertium

sed cum infidelibus seu saracenis extat hodie prohibitio sub pena excõicationis papalis quã incurrũt ipso factõ q tpe guerre cũ eis hñt cõmertiũ vł q deferunt eis prohibita de quo vide.s. Excõicatio.v.casu.xxi.

1 ¶ Utrũ xpiani possint furari quos detinent in eorũ seruitio.R. q sic qz nullo mõ licite pñt tenere eos.

Satisfactio dr dupliciter vno mõ reconciliatio ꝛ sic qz oẽs ptes pnie ordinãtur ad recõciliationẽ qlibet earũ satisfactio dici põt. Alio mõ dr solutio pene debite ꝛ sic est ps vna pnie q est assumptio siue adipleno pnie iniũcte vel debite ꝛ nihilominus tñ ẽt ptibus aliis pnie. ꝯuenit p accidẽs vt ꝯtritiõi rõne doloris ꝯiuncti q est in pte sensibili ꝛ ꝯfessioni rõne erubescẽtie. Hec S.Bo.in.iiij.di.xvi.circa ĩfam.

1 ¶ Satisfactio ƀz culpa pteritã est iniurie illate recõpensatio ƀz eqlitatem iustitie sm vero culpã futurã est peccatorũ cãs excedere ꝛ eorũ sugestionibus aditũ nõ pbere ď pe.di.iij.c. satisfactio

2 ¶ Utrũ deo qs possit satisfacere p peccato.R. q cũ ipsi⁹ adiutorio vz cũ merito passionis xpi cuius hõ p veram fidem efficiĩ ꝑticeps sic põt alias nõ vt no. Ricar.in.iiij.di.xx.

3 ¶ Utrũ vnus hõ possit p alio satisfacere.R. q accipiendo satisfactionẽ p preseruatione ꝛ cantella culpe future sic nõ põt qz qs ieiunãdo nõ affligit corpus alterius vt viuat caste nisi inqñtuz p bonũ exẽplũ alicit eũ ad similia facienda siue inqñtum põt alteri mereri augmẽtũ grẽ p talia vt sic facilius caueat pctm̃. Si ꝟo accipiat satisfactio p recompẽsatiõe iniurie illate sic vnus põt p alio satisfacere hõi. Deo vero ẽt potest si mõ ille q cõmisit pctm̃ sit ꝯtrit⁹ de eo alias nõ p pnia vero iniũcta nõ potest vnus pro alio satisfacere nisi interueniat auctoritas ꝯfessoris q in illa põt dispẽsare vł nisi interueniat casus q ille cui iposita ẽ nũqz eã poterit in hoc mundo implere qz posset tunc per alium fieri. Hec hñtur ex dictis Ric. ꝛ S.Bo.in.iiij.di.xx.

4 ¶ Sed nũqd ille cuius satisfactionez alter in se suscepit moriẽdo statim euolabit.R. q nõ sed oz q primo ille q eã suscepit ipleat qz nemo paradisum ingreditur nisi sit extra oẽ debituz ita q nec ipse nec alius p eo sit debitor. Sm S.Bo.in.iiij.di.xx.

5 ¶ Utrũ talis p alio satisfaciẽs satisfaciat ẽt p seipso.R. diuersorũ sunt opi.sz mihi placet opi.quã Ricar. in.iiij. di. xx.refert q ẽt est satisfactoriũ p se ipso nõ ex debito ƀz p diuinã misericordiaz q magis caritatẽ attẽdit qz opus.xiiij. q.v.si qd. Uel dic q pro alio sit satisfactoriũ p modũ solutiõis pene p se ipsis ꝟo est satisfactoriũ p modũ meriti de ꝯgruo dicit enim.S.Bo.in.iiij.di.xv.q lz de rigore iusticie nõ sit satisfactoriũ id qd facit qs ad quod alr iniñ credit q diuine misericordie benignitas tãta est q acceptat totũ ꝛ qsi p nihilo saluat nos ꝛ de hoc infra. Suffragium.§.ij.

6 ¶ Utrũ satisfactio facta in pctõ mortali valeat.R. aut loqmur ď ea q fuit imposita a ꝯfessore penitẽti ꝛ postea recidiuit an illius cõplemẽtũ ꝛ sic dic vt s.Pnia.§.ij. Aut loqmur de alia qcũqz voluntarie assumpta ꝛ sic dico q nõ valet quo ad diminutionẽ pene debite p pctõ nisi p accidẽs vt puta qz citius ꝯuerteĩ ꝛ verã aget pniam ƀz qñtuz ad culpam futurã euitãdã valet.

7 ¶ Que sunt ptes satisfactiõis R. tres s.orõ. Jeiuniũ elemosyna. Sũt tñ alie secũdarie vt vigilie pegrinatiões discipline ꝛ hmõi vñ oĩa opa afflictionis ad ieiuniũ reducuntur oĩa opa misericordie ad elemosynam:oĩa opa spũalia ad orõnem. Hec ex.S. Bo.in.iiij. di.xv.parte.i.articulo.i.q iiij.

8 ¶ Utrũ flagella missa a deo vel ab hominibus etiã p pctis nr̃is sint satisfactoria.R. q sic inqñtũ cadũt sub voluntate pacienter ipsa acceptãte ꝛ pacienter sustinere volente dũmodo alias sit in caritate ꝛ de hoc vide.s. Mors.

9 ¶ Utrum aliqua predictarum triũ ptium satisfactionis sit magis satisfactoria. R. q̃ elemosyna in se includit virtutẽ orõnis ⁊ ieiunij pp duo. Primo q2 ɔstituit eum cui dat debitorẽ ad orañ. p eo q dedit. Secundo q2 elemosyna data propter deum est quasi quedã oblatio deo facta que oblatio deo facta habet vim orationis ⁊ sic bonorum exteriorum subtractio p elemosynam facta ɔtinet ẽnualiter ieiuniũ in quo marceratur corpus. Silr orõ virtute ɔtinet ieiuniũ q2 intentio interius ad deum debilitatem corporis parit cõpletiua tñ elemosyna hꝫ vim satisfactiõis q̃ orõ ⁊ ieiuniũ. ppterea dr̃ i. Thimo. i.iiij. corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est. Dicit gl. ois sũma disciplinẽ xpiane est in misericordia ⁊ pietate. Si tñ generaliter loquamur põt dici q̃ in satisfactiõe sunt tria. s. Quanto cul pe augmentatio gr̃e ⁊ solutio pene. ⁊ hoc tertiũ est infimum in satisfactione Ad primum valet orõ. Ad sm̃ valet elemosyna q2 qs sibi facit amicos de mamona iniqtatis q impetrant gratiam ad tertiũ valet Jeiunium. Hec ex Ricar. in. iiij. di. xv. articulo. ij. q iiij.

10 ¶ Utrum restitutio rei aliene sit pars satisfactionis. R. q̃ ppriẽ nõ q2 dꝫ precedere oẽm partem pnĩa cum dicatur cessationes ab iniuria de quo vide. s̃. Restitutio. ij. in principio. Sed large accipiendo restitutionẽ put dicit oẽ illud qđ ad debitã satisfactionẽ exigit sic est ps satisfactionis.

Scandalum est dictũ vel factũ minus rectũ prebens alteri occasionẽ ruine ita no. Car. in Cle. i. de officio ordi. sm̃ Lanr. a scandalon grece quod latine dr̃ ruina vel offensio vel impactio pedis. ⁊ dicitur a Hiero. super illud Math. xv. Scis q2 pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt Unde sicut quando aliqđ ponitur in via corporali p quod impingens disponitur ad ruinam sic in via spirituali quicunq̃ per factum suũ seu dictum minus rectum. i. vel malum secundum se vel habens speciem mali disponit aliquem ad casum in aliquod peccatum propter scandalum et facit hosti. in summa ti. de renun. dicit graue scandalum dicitur quando ex dicto vel facto alij trahuntur in consensum mortalis peccati ⁊ propterea glo. de renun. in. c. nisi in ver. pro graui dicit q̃ nõ est curandum de scandalo nisi sit graue de no. ope. nun. c. ij. ⁊ de vo. c. magne de re. iur. q scandalizauerit quod no.

1 ¶ Quotuplex est scandalum. R. duplex. s. actiuũ ⁊ passiuũ. sicut dupliciter põt quis esse causa peccandi alteri. Uno mõ per se puta qñ qs aliqđ malũ facit p illud itendẽs aliũ deducere in pctm̃ aut. si nõ intẽdit tñ factũ est tale qđ de sui rõne hꝫ vt sit inductiuũ ad peccandũ ⁊ sic istud dicitur scandalum actiuum altero modo qs p accidens põt esse causa peccandi alteri puta q2 pter intẽtionem scandali dandi id facit: ⁊ ex ɔditione operis nõ est vt qs scãdalizetur. Sꝫ tñ alius male dispositus est aut ex inuidia quã hꝫ ad aliũ aut alio mõ ideo scãdalizant: ⁊ talis nõ dat occasionẽ q̃tũ in se est tali scandalo pro pterea vocat̃ scãdalum passiuũ sine actiuo. qñq3 etiã est scãdalũ actiuũ simul ⁊ passiuũ actiuũ in altero q dat ⁊ passiuũ cum ille q accipit peccat. Aliqñ est actiuũ sine passiuo. puta cum aliqs inducit aliquẽ ad peccãdũ: sed ille nõ peccat. Hec ex Alex. scđa scđe. ti. de scãdalo. ⁊ Ri. in. iiij di. xxxviij.

2 ¶ Utrum scãdalũ sit spãle pctm̃ mortale R. q̃ aut scãdalũ passiuũ ẽ tñ ipactio ad veniale pctm̃. puta cũ aliqđ ex dicto alterius mouet̃ ad pctm̃ veniale ⁊ sic est veniale pctm̃. aut est cũ ipactiõe ad mortale pctm̃ ⁊ sic nõ est mortale nõ tñ aliud pctm̃ spãle ab illo qđ cõmittitur: q2 sumere occasionẽ peti ex dicto vel facto alterius nõ ɔstituit spãlem rõnẽ peti. q2 nõ iportat deformitatẽ spãlẽ virtuti oppositã: sed solũ ipsum pctm̃ quod cõmittit. Si aũt loquimur. de scandalo actiuo: ⁊ si sit per accidẽs sic non

est spāle pctm̄ q: qđ est p accidēs non cōmittit spēm:tn̄ qn̄qꝫ pōt eē pctm̄ ve niale v qn̄ actū cōmittit vēialis pcca ti vel actū q de se nō est malū ſꝫ soluꝫ hꝫ spēm mali cū aliq̄ leui inductione. qn̄qꝫ est mortale siue q: cōmittit actuꝫ mortalis peccati siue q: cōtēnit salutē p̄ximi vt p ea euitāda nō pretermittat aliqs facere qđ sibi libuerit facit.c.ca uendum.x.q.iij.z.d.ꝫ.p:o grati.i.q.i. hi quoscūqꝫ. Si vo sit scādalū actiuū p se puta.q: itēdit aliū iducere ad pec catū z si qdē itēdit inducere ad pctm̄ mortale sic peccat mortaliter. Silr si i tendat inducere ad pctm̄ veniale per actū peccati mortalis. Si autem inten dit inducere ad pctm̄ veniale etiā per actū peccati venialis sic ē veniale pctm̄ z isto modo scādalum actiuum per se est spāle pctm̄:q: ex intētione finis sor titur peccatum rōnem spālis peccati z opponitur directe correctioni fraterne propter hoc qđ intenditur spāle p̄xi mi nocumentū.hec oīa ex Alex.z Ri car.vbi.ſ.z Tho.ſa.scđe.q.xliij.z ad illud Math.xviij.necesse est vt veniāt scādala zc.verꝫ q est necesse nisi ho mines vitam mutent.

4 ¶ Quid si seruus ordinet. R. q si ordinat dño sciēte nō ɔdicēte. eo ipso efficitur igenuus et liber a quoscūq ordies sit pmotus. liij. di. c. si seruus sciēte. si vo dño ignorāte et pñtatore et ordinatore sic si fuit pmotus ad miores redigit in pstinā seruitutē. liij. di. nulla. Si vo fuit pmotus ad sacros ordies subdiaconatū et diaconatū dabit vicariū vel preciū et remanebit liber. liij. di. ex antiqs. qd si nō h3. vel nō pōt. d3. depōi et restitui dño. vide gl. in. c. y. de ser. non or. Si vo ad sacerdotiū sic fuerit his q ordinē suū decēt. alr nō. et h verū si dñs repetet eū. j. ānū a die scie bm ho. Quins alij dicāt a die ordiatiōis q post ānū nō pt repetere. liij. di. si suus. Idē 13 Ray. de originarijs ascriptitijs et colonis ppie deis q nō pñt promoueri et promoti restituunt. vt. s. de seruis.

5 ¶ Utrū talis depositus gaudeat puilegio clicali. R. q nō nisi tñ q foberant nō pōt. vt no. gl. in. c. y. liij. di. als ferās ipm. eēt excōicatus bm Inno.

6 ¶ Sz nūgd tñr ɔtinere talis. R. q sic vt no. Jo. liij. di. c. nulli.

7 ¶ Utrū seruus possit ɔhere matrimoniū alius a predictis ordinatis vide. s. Matrimoniū. iy. ipedimēto. uy. ș. iuj.

8 ¶ Utrū tpe psecutionis liceat xpianis se subicere suitutī ifideliū cū pacto q ritus xpianoȝ nō dimittēt. R. Inno. de renū. c. nisi cum pdē q sic.

9 ¶ Qui sine cā seruū occiderit nō minus punietur q q alienū seruū occiderit. l. i. i fi. de his q sunt sui vel alie. iuris.

Sigillum ga pōt habere R. vt no. in. c. di lecta. de exces. prela. et dic vt. s. de insignijs asumendis. et bm eam di

functionem. ꝫ. insignia.

Simonia. i. q̃d est. R̃. ꝙ est spũaliũ. vł spiritualibus annexoꝝ. aut a spũalibus dependentium vel ꝯsequentiũ vł ad spũalia antecedent ordinatiũ precedente pacto. omissionis ꝑmissionis cõditionis. modi seruitij. preciũ vel cuiusuis tẽporalitatis receptio siue donatio. Hanc descriptionẽ elicio ex dictis doctorum que clarius. j. patebit.

1 ℭ Quero q̃d in p̃dicta descriptione intelligatur noie spũalium. R̃. vt colligo ex Pa. in. c. consuluere. de simo. ⁊ aliis doc. maxime Ricc. in. iiij. di. xxv. articulo. iij. q. ij. ⁊ Astes. li. vi. ti. lv. Spũale dr̃ dupliciter in ꝓposito. Primo ꝑ cõparationẽ ad spũm sctm̃ Scdo per cõparationẽ ad spũm humanuꝫ. Spirituale primo mõ dctm̃ tripliciter accipitur. s. Primo ꝑ essentiã. vt grã ⁊ virtutes gratuite. ⁊ istud spũale. nec de iure. nec de facto põt vendi q꞉ non cadit in ꝯuentionẽ. ⁊ de his hẽ. i. q. i. c. i. ⁊ ibi gl. Scdo accipit̃ ꝑ causalitatẽ ⁊ dispositionẽ. vt sunt sacrã que sunt quodãmodo cã gratie ⁊ virtutum. q꞉ ꝑ ea cõsequitur gratiã ⁊ virtutes ⁊ ista cum sint corporalia cadunt in pactũ sed nõ sine simonia vt in. c. nõ satis. ⁊. c. cum in ecclesie. eo. Tertio accipitur spũale primo modo dctm̃ ꝑ effectum. vt sunt ea que ꝯueniunt alicui ex aliquo dono vel officio spũali. Ut prophetizare miracula facere diuinum offm̃ celebrare ⁊ talia spiritualia nõ possunt vendi redimi. vel resignari pro pecunia. c. querelam eo. i. q. i. nullus episcopus. et. ij. nisi s̃m q. j. dicam. Spirituale vero secundo modo dictum per comparationem ad spiritũ humanum dicitur tripliciter. Primo per essentiam vt sunt scie omnes que per inuestigationẽ humanam ⁊ doctrinã acquiruntur. ⁊ hec nec de iure. nec de facto vendi psũt. vt patet prouer. xvij. q̃d iuuat prodesse stulto habere diuitias cum nõ possit emere sapientiam. Secundo dicitur spirituale per causam. vt doctrina predictarum scientiarum que de iure ⁊ facto vendi potest aliqñ. aliqñ vero nõ sine simonia. vt patebit. j.

2 ℭ Quid dicitur annexum spirituali primo modo dictum scilicet ꝑ comparationem ad spiritum sanctum. R̃. ꝙ oẽ illud. In quo spirituale ministratur vt vasa sacra ecclesia cimiterium. ⁊ reliquie sanctoꝝ vestis Sacerdotalis vt sacra res ⁊ hmõi.

3 ℭ Quid dicitur dependere vel consequi a spirituali primo modo. R̃. ꝙ omne illud quod ex spirituali dependet siue ꝯsegtur. vt habere ecclesiam vel dignitatem Ecclesiasticaꝫ. canoniã. Uel prebendam. siue aliud beneficium ecclesiasticum vel eius percipiendi decimas primitias vel oblationes. Et q̃d q̃d competit clericis ratione ordinis vt pulsare campanas. claudere hostia ecclesie ⁊ similia q꞉. Hec oia ordini clericali sunt annexa. q꞉ solis clericis ꝯueniunt. ⁊ istud annexum vel dependẽs nõ põt vendi. c. ad aures. ⁊. c. ad nostraꝫ eo. ti. aliter cõmittitur simonia. ⁊ ꝑ ea procuratores reꝝ ecclesiasticaruꝫ. vt prepositus. yconomus. ⁊ vicedominus qui est q̃ preest rebus epi. ⁊ silr defensores. vt aduocatus vniuersitatis. ecclie sindicus. s. q̃ pest causis ecclesie. ⁊ castaldus. siue maior dñs. q. s. hꝫ curã reꝝ exterioꝝ epi ⁊ iudex epi ⁊ silr subiecti rẽ. vt archidiaconus. archipsbyter canonicus monachus. ⁊ q̃libet ecclesiastico mancipatus offõ. tales si ꝑ pecuniã ordinatur simoniaci iudicant̃ s̃m. hugo. ⁊ Archi. i. q. iij. saluator. Sꝫ Ray. limitat reꝫ qñ talis administratio hꝫ annexum aliq̃d spũalitatis.

4 ℭ Quid dr̃ ad spũale pmo mõ acceptũ añcedenter ordinari. R̃. ꝙ ius patronatus q̃d est ptãs p̃ntandi ad offm̃ ecclesiasticũ q̃d q̃dem silr vendi nõ põt sine simonia. vt in. c. i. de iure patrona. sꝫ trãsit cũ vniuersitate tpali. vt in. c. ex litteris de iure patro.

5 ℭ Quid dr̃ annexũ spũali s̃o mõ acceptũ. s. ꝑ cõpationẽ ad spũm humanuꝫ vł depẽdẽs. R̃. ꝙ sũt scole. libri ⁊ hmõi

e talia vendi pñt de iure nisi ecclia lo cum scolarum assignasset doctori.

6 ¶ Utrū sola voluntas vendēdi vl emē di spūalia faciat aliquē simoniacum R̃. Trācre. et Ber. c. vlt. e. ti. tenēt q̄ nō et pro eis facit. c. tua nos. in fi. et. d. c. si. e. ti. et. c. vt nr̄m vt ecclastica bñficia sꝫ ego distīguo cū host. qꝛ quo ad de uz et peñ mortale sola voluntate cōmit tit. vñ cū qs dicit missaꝫ. audit ꝯfessio nes exhibet sacrā et hmōi principali ter hac intētione. vt ꝓp id recipiat pe cuniā vl aliud tpale peccat mortalr et simoniacus est quo ad deū silr q̄ hac intētione dat. Secus si daret ꝓ susten tatiōe ministri principalr vel ob reuerē tiā sacri. vl ad fuādū laudabilē ꝯsue tudinē. qꝛ sic lꝫ. i. q. ij. sicut epꝫ. facit. c. q̄ ꝓ pecuniā. i. q. i. sꝫ quo ad ecclīaꝫ nō vt in. c. tua nos eo. et iō sola pnīa sine alia restitutiōe deletur. vt i. c. fi. eo. Qđ qđ̄ limitat host. ibidē verū i casu quo simonia est solū de iure positiuo. imo tꝫ q̄ nec etiā peccat. sed vbi simōīa est de iure diuino sic tꝫ q̄ talis ita dꝫ indu ci ad restituendū q̄cq̄d accepit sicut et vsurarius mētalis. et placet Pa. in. d. c. fi. Sꝫ hoc nō teneo quo ad pctm̄. qꝛ sine dubio peccat mortalr si hꝫ volūta tē deliberatā ad danā spūalia ꝓ tpali bus. Est bñ verū q̄ nisi sequat effectus s. dando spūalia ꝓ tpali nūq̄ erit simō iacus vt no. i. c. nēo. eo. Quo āt ad resti tutionē. dic vt. j. Simōia. vij. in prin. Quo ad aīs pēas ipositas a iure ꝯ si mōiacos firmit tene q̄ reqrit pactio Jō in diffinitiōe dixi ꝑcedēte pacto.

7 ¶ Sꝫ qd si neqꝫ ministrans spūale. neqꝫ accipiens aliqd dat vl accipit vl paci scit de dādo. vl accipiēdo. sꝫ ipis igno rātib9 amic9 accipiētis spūale dat ali qd cū pacto ꝯsiliario ministrātis. vt ad ministrañ. iducat. R̃. q̄ lꝫ dās spūale et recipiēs nō sint simoniaci ex quo non sciūt aliqd. tñ tā amicus ꝑdictus q̄ ꝯsi liarius simoniaci sunt. i. q. i. statuimus et. c. si qui a simoniacis.

Simonia. ii.

In q̄bus casi bus pactū ꝑ

missionis. omissionis. ꝯditionis mōdi. seruitij. precū. et hmōi. tpaliū ꝓ re spūa li vel annexo seu dependenti a spūali nō iducit simoniā. R̃. q̄. xvij. casibus.

¶ Primo qñ possessio dat cū pacto vt i 1 ea ꝯstruat ecclia. vt in. c. olim cāꝫ de re li. spo. Vñ et ꝑt dari lnīa ꝯstruēdi ip sam ecclīaꝫ sub certo pacto. vt i. c. q̄ro. de cēsi. et i. c. ex īsinuatione eodē. qꝛ ta lia pacta reputant spūalia. sicut et in. c. significatū de ꝑbē. vbi dat ꝑbēda cum pacto q̄ quotidie celebret i tali ecclia. et q̄ nō possit eā dimittere. et lꝫ qꝛ i tra ditiōe rei sue q̄libet ꝑt q̄ sibi placuerit apponere pactū. c. verū. de ꝯdi. appo.

¶ Utrū laicus dando reꝫ tpalem ecclie 2 possit apponere cōditionē spūalē: pu ta q̄ fiat anniuersariuꝫ. vl dicātur tot misse vide. j. Simonia. iij. §. xi.

¶ Utrū offerēs bona sua ecclie vt effici 3 atur canonicus. et ex illis bōis post mo dū īstituatur sibi ꝑbēda sit simōiacus R̃. q̄ sic. tex. est in. c. tua nos eo. secus si pure et liberaliter donasset. et post hu militer peteret admitti in canonicum et retinere ꝑdicta in ꝑbēdam: et clerici pure cōsentirent. qꝛ tunc liceret.

¶ Quid de eo q̄ ꝯstituit d̄ bōis suis ꝑ 4 bēdam in aliq̄ ecclia sibi retinēdo po testatē ꝯferēdi eā alicui alteri. R̃. q̄ po test sine simonia retinere sibi ius pa tronus: vl in ꝑpetuū: vel ad tp̄s: sꝫ nō valet nisi fiat de ꝯsensu ep̄i et fratrū ei9 si q̄ sunt ibi in ꝯstitutiōe eius.

¶ Pone q̄ statuto cauet q̄ nouiter re 5 ceptus in canonicū vel monacū tenea tur soluere certū qd: Querit vtrū sit si monia post receptionē illō soluere. R̃. Pa. in. c. dilectus el. ij. eo. q̄ sic et quo ꝑcessit taxatio: qꝛ talis solutio vr̄ facta ꝟtute illius taxationis et nō libere fa cit tex. ꝑsati. c. dilectus et. c. ex multis. i. q. ij. et. c. veniēs eo. ti. Qđ limitāt verū aliq. qñ tale solutū cedit in vtilitatē ꝑ uatam aut canonicoꝝ secus si solueret ꝓ fabrica ecclie vel alijs ad diuinum cultū ꝑtinētibus ſm Do. ar. de ꝯsti. c. cū oēs. et. c. ex ꝑte. Nā laudabilis ꝯsue tudo oꝫ suari. c. ad apl̄icā eo. et. c. significat

ficatū. de preben. nō tñ dz retineri pre
benda loco pignoris ar. d. c. significa-
tum: vl' etiā pōt retineri: si ɔsuetudo sit
ꝙ nō assignet̄ ꝑbenda quousqȝ tale qd
soluerit. In hoc. n. casu fit permutatio
spūalis ad spūale: qḋ lȝ de re. ꝑmu. c.
ad qōnes. pa. tñ i. c. Jacobꝰ eo. lȝ ꝙ si
statutū iponit tale onus recipiēdo vel
recepto d' nouo vt teneatur soluere cer
tum quid etiam ecclesie vel ad cultum
dei ꝙ nō valet sine simonia ⁊ facit. d.
c. ex multis cū alijs. Si ꝟo statutū ipo
nit onus ꝑbēde sic valet in fauorē cul-
tus diuini ar. c. significatū. de ꝑben. ⁊
c. vnico. vt eccia bnfi. ⁊ ar. in. c. si pro
pter tua debita de rescrip. li. vi. ⁊ hec
magis plȝ lȝ nec primam opi. ɔdēno.

6 ℭ Secūdus ē cū aliqd ꝓ opibus spūa
libus alicui ꝑsbytero datur q ad ea als
nō tūr. xi. q. ij caritatem. Aduerte tñ ꝙ
in hoc fuerunt opi. vt refert Pa. in. c.
significatum de prebē. magis ista opi.
placet pa. ⁊ gl. in. d. c. significatum. ⁊
Ricar. in. iiij. di. xxv. articulo. iij. q. i. ⁊
Hosti. ⁊ Gof. ⁊ Inno. in. c. quoniam
ne prela. vi. sic qui tenet ꝙ licite pōt ali
quid recipere sacerdos pro missis cele
brandis ⁊ alijs spūalibus administrā
dis dūmodo nō intendat vēdere spūa
le seu recipere pecuniā pro spūalibus
sed potius pro seruitio ⁊ recōpensatio
ne laboꝝ dānorum que sustinet trahen
do ibi morā ⁊ sua sustentatione: Et ꝙ
ad ea exibēda nō sit ex offō obligatus
qꝛ si intenderet recipe ꝓ spūali esset si
monia. c. iudices. i. q. i. Simile esset si
monia si sacerdos ꝓrochialis a suis sb
ditis hoc exigeret qꝛ ad hoc tūr qui
nec etiam ꝓ sumptu aliqd potest acci-
pere ab eis sine simonia ꝓ quocunqȝ
spūali. c. vēdentes. i. q. iij. ab alijs autē
bene pt. Uerꝫ est ꝙ Gof. ⁊ Ray. dicūt
ꝙ si talis sacerdos q ēt nō obligat̄ ex
officio hȝ sūptus necessarios aliūde ꝙ
dȝ gratis cantare ꝙ si facit ꝓ pecunia
aut erit simonia aut auaricia sed cū si-
monia nō possit esse cū nō intēdat vē
dere spūale ⁊ nemo teneatur suis stipē
dijs militare. c. cū sit eo. ergo ibi videt̄

turpe lucrū vt pȝ in. d. c. iudices. ⁊
xij. q. i. Illi q vel ad minus hȝ spēȝ i-
li. Tu vero tene ꝙ tria concurrere de-
bent vt liceat. Primū ꝙ non capiat ni
si pro sumptu vel labore. Secūdum ꝙ
non sit ex officio obligatus ministra-
re. Tertiū ꝙ non habeat aliūde sum
ptus necessarios.

7 ℭ Sed si sacerdos ꝓrochialis non hȝ
sūptus necessarios nunqd poterit sine
simonia exigere aliqd ꝓ spūalibus. R.
sm pa. in. c. Suā. eo. ꝙ si potest aliun-
de sibi honeste victū querere: puta scri
bendo ⁊ huiusmodi sic nō pōt exigere
sȝ laborare dȝ manibus. xci di. c. cleri-
cus. Si ꝟo nō pōt tūc eps dȝ sibi ꝓui
dere. vl' populus pōt cōpelli ad ꝓstan-
dum sibi necessaria ꝓ victu ⁊ facit gl.
bona in. c. ois xpianus: de ɔse. di. i. q̄ di
cit ꝙ pōt subtrahere sacra populo ni-
si oblationē faciat ⁊ sm hāc vi. intelli
ge glo. ⁊ tex. in. c. precipimus. xxi. q. ij.
⁊ sm predicta limita quia vnum si-
ne reliquo non procedit. i. q. iij. si quis
obiecerit.

8 ℭ Tertius est qñ datur aliqd ꝓ vita
eterna vel remissione suoꝝ vel peccato
rū sm illud daniel. iiij. peccata tua ele
mosynis redime de testa. c. si. xiij. q. ij.
⁊ c. lxxxij. di. ꝑsbyter in glo. Rō q: pre
dicta ꝓponūtur nobis venalia a deo
ꝓ moneta dilectionis ⁊ opibus carita
tis qꝛ elemosyna nō est preciū vite eter
ne nisi inqꝫtū iperat̄ a caritate: non sic
alia spūalia que cōferuntur per mini-
stros ecclesie.

9 ℭ Utꝫ faciens votum deo vt obtineat q
quid temporale sit simoniacus vide. j.
Uotum primo. §. ix.

10 ℭ Quartus est qñ dat̄ aliqd pro redi
menda vexatione q̄ sibi fit in re spūa
li. c. dilectus el primo eo. Quot limito
verū qñ certus est de iniusticia que si-
bi fit secus esset in dubio: qꝛ non lice-
ret. Unī si eps me iniuste excōicet pos-
sum sibi dare pecuniā vt sniaȝ reuocet
⁊ me absoluat sm glo. in. c. ad aurēs.
eo. Inno. ibidē tȝ contrariū. s. ꝙ non
possit sine simonia. Sȝ Jo. An. ibidē

ꝛ sequi᷑ Pa. dicit ꝙ si talis iminet ali-
quod graue preiudiciū ex dilatata ab
solutiōe puta quia debebat eligere vel
eligi vel currit sibi ꝓscriptio ꝛ hmōi
sic vera ē opinio gl. q2 tūc redimit ve
xationē suā. d. c. dilectus. Si nō subest
sibi aliquod ꝑiudiciū ex dilatiōe abso
lutionis tūc est vera opinio Inno. ꝛ iō
hēat recursum ad supiorem ar. c. nullꝰ
de iure patro. Idem dic de suspensio-
ne vel interdicto.

11 ℭ Utrū possit aliqd dari ꝯdicenti mi-
hi de iure vel de facto ne sequar aliqd
spūale. R. pa. i. c. Matheus eo. ꝙ non
lꝫ ꝑ iure querēdo sine simonia ar. c. si
gnificasti. de ele. Nec etiā ꝑ possessiōe
ꝯsida post ius quesitū fm Inno. in. c.
ad aures de simo. glo. xvi. q. vij. deci-
mas sed ꝑ iure quesito sic vt i. d. c. di-
lectus. Ubi Pa. etiā addit limitando
ꝑdicta ꝙ si propter potētiā aduersarij
nō posset apud supiorē de facili ꝯseq
possessionē tūc vt euitet magnuꝫ in
cōmodū posset aliquid dare sine simo
nia: sicut dictū est de absolutiōe ab ex-
cōicatione. Si vero iniuste possidet ñ
potest aliquid dare sine simonia vt nō
vexetur. Similiter ne eps cuꝫ iuste de
ponat: vel ne accusetur iuste vel ille q
pretendit ius in beneficio q2 tunc nō
esset redimere vexationem vt not. in
c. nemo eo. ti. Hic aduerte. ꝙ reddens
spūale quod vsurpat solū ex pecunia:
lꝫ dās possit sine simōia redimere tñ il
a quo redimitur est simōiacꝰ fm ho.

12 ℭ Utrū possit sine simōia aliquid da
ri presbytero pro baptismo q nō vult
aliter baptizare. R. Pa. i. c. cū in ecclie
eo. ti. ꝙ in adulto non quia propter cō
tritionē pōt saluari ar. c. debituꝫ ꝛ qđ
ibi notatur de baptismo ꝛ in c. ij. de ꝓ
sby. no. bap. Sed ꝑ īfante sunt opino
nes. Aliq vt Tho. ꝑa se. ꝛ pe. de tarē.
ꝛ Pe. de paln. in. iiij. ꝛ gl. in. c. bapti-
zandis. i. q. i. dicunt ꝙ nō lꝫ q2 nō sunt
facienda mala vt veniant bona. xiiij.
di. c. qđ ait loth. ꝛ ibi gl. ꝛ. xlvi. di. sic.
Sꝫ Pa. vbi. s. ꝛ Rica. ꝛ Lādul. i. iiij.
di. xxv. reputāt veꝝ in adulto q2 bona
volūtas ei sufficit in tali casu. Sed qñ
quis hꝫ puerum ꝛ nō reperitur alius
qui possit baptizare vel sciat vt puta
q2 est mutus vel nō hꝫ manus ille qui
querit ꝙ baptizetur nec aliuꝫ hꝫ ꝙ tūc
licite dat q2 nō emit spūale. nec hoc dꝫ
intendere sed remouere vexationem ꝛ
impedimentū: ꝛ dꝫ intendere emere tē
porale. f. aquā solum ꝛ hoc tene.

13 ℭ Utrū licite detur pecunia pagano
vt se baptizari permittat. R. in glo. i. q.
ij. in. c. q̄ pro recitanē opi. sed tene opi.
Pa. in. c. cum in ecclesie eo. q dicit ꝙ
si propter paupertateꝫ timeret venire
ad fineꝫ tunc lꝫ et aliquid dare vt veni
at. Si ꝟo nō hꝫ voluntateꝫ veniendi
nisi ꝓꝑ cupiditatē tunc nō lꝫ q2 baptis
mus ei parū prodesset. xv. q. i. non est-
imo peccat q2 abutitē. bono. ꝛ sic dātes
ar. xxiij. q. v. ad fidē nisi ꝓbabilr ꝑsu
meret ꝙ postea mutabit voluntatē.

14 ℭ Quid si ecclesia mea vel ꝑbenda
me remoto alteri est assignata. R. ꝙ si
ꝑ precio eam recupero vel redimo: si
mōia ē: siue iuste siue iniuste sim ēmo
tus. Secus ante priuationē si iuste tene
bam quia sic est redimere vexationeꝫ
meam concordat Inno. i. c. ad aures
eo. ꝛ Pa. in. c. Matheus. eo. ti. Intelli
ge quando remotus est a prelato supe
riori quia secus si expelleretur ab aliq
tirāno nam tunc ēt post remotionem
posset dare.

15 ℭ Utrum sit simonia si pecunia dalis
episcopo vt nō cōferat simoniace. R.
Pa. in. d. c. cū in ecclie ꝙ sic ex ꝑte re-
cipiētis sed nō ex parte dantis.

16 ℭ Utꝝ capitulū dās aliqd alicui q ele
ctionē īpedit de q ꝯstat ꝙ in electione
nullū ius hꝫ vt desistat sit simōiacū. R.
ꝙ nō si īpediret ne simplr electio fieret
ꝫ si īpediret ne iste vel ille eligeretur
sic nō posset sic nec ille cuius electionē
impediret fm Rodo.

17 ℭ Quintꝰ casus ē qñ ꝓcuratio datur
epo ꝑ visitatione vel cōsecratione ec-
clesie de censi. c. cum apostolus ꝛ de si-
mo. c. cū sit romana de prescrip. c. cū
ex officij. ꝛ. x. q. iij. relatum ꝛ lꝫ doc. di

uersimode velint assignare rõnem tn tñ dic q̄ hoc fit legis auctoritate ⁊ iõ nõ peccatur.xxiij.q.iiij.qui peccat. Aduerte tñ q̄ tunc licite põt dari qñ est p curatio moderata. de qua vide.j. Uisitatio.§.iij.alr nõ liceret.

18 ❧ Sextus casus est quãdo exigitur in pactũ expresse qd a iure pmittitur. vt dictũ est in precedenti.§. vel qd inerat vt in.c.olim el.i.de restu.spo.⁊ ibi Pa. Ideo vt dicit idẽ Pa.in.c.i.de eo. qui mit.in pos. q2 lz spũalia nõ accipiant extimationẽ tñ interesse ex eis puenientis bene potest eẽ extimabile ⁊ super eo tanq̄ sup tpali procedi põt. vt dicit glo.in.c.corã de offi.dele.

19 ❧ Utrũ vicari⁹ recipiẽdo salariũ sit simoniac⁹. R. Pa.i.c.i.ne p̄.vi.su. q̄ nõ q2 locat opas suas sicut nec assessor vt in.c.statutũ de rescrip.li.vi.nec aduocatus.xiiij.q.v.nõ sane.

20 ❧ Septimus casus ẽ qñ qd exigitur p modũ insinuatiõis exigiẽ vt si dicatur volenti intrare religionẽ q̄ aliqd secũ portet vñ possit viuere. Qd verũ credo s3 pa.in.c.nõ satis eo dũmõ nõ deducat in pactũ ⁊ ita cõcorda. Inn. in.c.tua e.ti.q vr̄ tenẽ q̄ nõ lz dicere si vis viuere mecũ porta tecũ. ⁊ gl.in.d. c.nõ satis q̄ dicit q̄ lz sic dicere. de quo tñ dic.vt.j. Simõia.iiij.

21 ❧ Octau⁹ casus ẽ qñ subest ɔsuetudo vt aliqd p spũalib⁹ exigat. de q̄ tñ dic vt.s. Cõsuetudo.§.xij. Aduerte etiam q̄ illud h3 locũ vbi a laicis debeẽ ali. qd clericis. Sed vbi cõsuetudo ẽ vt a clicis aliqd exigat tunc dic s3 pa.in.c. Jacobus.eo. q̄ ad puatũ comodũ clicoꝝ nõ valet. s3 bñ i fauorẽ diuini cultus si nõ p̄cessit intellige exactio ante sacroꝝ exhibitionẽ: ⁊ ppterea dicit in no.⁊ Jo.de ligna.i.d.c.ad aplicã ⁊ cõsuetudo q̄ daẽ aliqd ante receptionem sacroꝝ est corruptela: nec valet q̄tũcũq̄ longa.⁊ qñ nõ p̄cessit exactio: quare valeat in laicis ⁊ nõ clericis. Rõ diuersitatis est: q2 laici videntur se obligasse sub noĩe cuiusdã oblationis.facit qd no.in.c.nouũ genus de deci.

22 ❧ Nonus casus est qñ quis cã pmutationis aliqd dat i recõpẽsationẽ maioris bñficij. de quo dic vt.s. Permutatio.§.vi. Et aduerte q̄ tractat⁹ pmutatiõis iter ptes sup bñficijs nõ iducit simõia.vt.s. Permutatio.§.iiij. imo vt dicit Car.i Cle.vnica: de re.pmu.i renũciatiõe exp̄mi põt. q̄ cã pmutatiõis renũciat sine simonia q2 a iure pmittitur. de elec.significasti. de re. pmu.c. vniuersoꝝ.⁊.c.vnico de re.permu.li. vi.⁊.d. Cle.vnica.

23 ❧ Decim⁹ casus ẽ qñ vasa sacra vendũt: q̄ lz sint ãnexa spũali tñ vẽdi pñt sine simonia, non habito respectu ad formã ɔsecratiõis s̄m Ricar. in quol. ij.q.xxij.ita tñ q̄ alteri ecclie i eadem forma vẽdat.s3 psone seculari nõ lz vẽdere: nisi redacta in p̄stinã massam. Et idez dico de vestib⁹ sacris q̄ alteri ecclesie vendi pñt.

24 ❧ S3 nunqd lz aliqd exigere p crismate habito respectu ad liquorem. R. Pa.in.c.ea q̄ de auaricie: eo.ti. q̄ non sine simonia. q2 crisma iq̄ntũ sacr3 est: nõ solũ ẽ spũale. s3 ẽt iq̄ntũ liq2 est qd spũale.i.q.i.placuit el.y.silr nec p pane bñdicto vel cãdelis bñdictis.

25 ❧ Undecim⁹ casus ẽ qñ vẽdiẽ depẽdẽs siue ɔña ad id qd dpẽdet a spũali s̄m Ricar.vbi.s.sicut ẽ pceptio deciaruz ⁊ fruct⁹ bñficioꝝ.panis oblat⁹ vel cera ⁊ hmõi q̄ offerũtur i ecclia. Na3 ius pcipiẽdi spũale ẽ ⁊ vẽdi nõ põt: sed bñ fruct⁹. Et iõ dicit pa.in.c. i.ne p̄.vi.su. q̄ platus bñ põt vendere obuẽtiones iurisditiõis tanq̄ fru.ct⁹ s3 glo.ibidẽ. s3 tñ s̄m Inno. nõ debet vẽdi exercẽti illã iurisditionẽ ⁊ bñ q2 pp cõnexitatẽ videntur vẽdere ipã3 iurisditionẽ.i.q.iij.c.si quis obiecerit. Silr alij fructus ecclie s̄m ho.vẽdi pñt cuz sint corporales. itellige verũ a bñficiato q̄ñdiu ipse viuit. nõ a plato q h3 ius ɔferẽdi.ar.c.vnici.§.fi.vt eccle.bene.⁊ silr dicit idẽ Pa.in.c.fi. ne p̄.vi.su. q̄ pñt locari laico obuẽtiones ecclie dũmõ ponat clicũ loco sui p recolligẽdis ne p̄sũptuose ad altare accedat vbi fi-

tini oblatõe stare.c.i.e.ij.ne cle.vl mo.

26 ¶ Utrũ dãs pecuniã p administratiõe rerũ ecclesiasticarũ cõmittat simoniã. R̃. pa.in.c.cõsuluere eorũ: q̃ sic ꝛ ibi text. Hoc limito sm gl.in.c.Saluator.i.q.iij.qñ tal̃ administratio hꝫ aliq̃d spũale ãnexũ: alĩs nõ q: tpale iurisditionẽ posset dare sub pẽsiõe ãnua. Et idẽ dic s.simoniacũ si datur p administratiõe pauꝑuꝫ ꝛ hospitaliuꝫ.i.q.vij.si q̃s oẽs in gl. ꝛ in aut.de sancti epis.§.ꝫ necꝫ sꝫ Pe.de pusio:tractatu. de canonico portiõe epi.c.iiij.siue hospitalia sint auctoritate epi cõstructa,siue nõ: secus si dat vt recipiat ad bñficiũ.solũ siue aliq̃ iure ꝯsequẽdo. Et sic intellige.c.vnicũ vt ecclesia. bene. q̃ ecclesia.i.ꝑlatura sub ãnuo cẽsu concedi non põt:de si/mo.c.nõ satis xxi.q.ij.ꝑcipim᷒. Unde emens ꝑpositura.yconomicatum. vicedominũ aduocationẽ. castaldatũ ꝛ ꝛ hmõi simoniacus est.i.q.i. si q̃s eps sm tñ limitationẽ ꝑdictaꝫ.

27 ¶ Utrũ dãs aliq̃d vt seruiat tanq̃ vicarius in ecclia sit simoniac᷒. R̃. pa.in c.ad nostrã eo. q̃ sic vide bonũ tex.cũ glo.in e.lꝫ de penis.

28 ¶ Utrũ vẽdens villã ꝛ ius patronat᷒ q̃d hꝫ in ea sit simoniac᷒. R̃. pa.in.c.q̃rellã: de simo. q̃ sic: q: copulatiua fac̃ vẽire copulatũ ꝑncipalr̃: ꝛ nõ accessorie. Secus si dicatur:vẽdo villã cũ iure ꝑronat᷒: ꝛ sic ĩtellige. Jo. An.in.c.i. de iure patro.li.vi. Ego ꝟo quo ad cõsciaꝫ recurrerẽ ad ĩtentiõeꝫ si habuit.s. animũ vẽdendi ius patronatus specialiter: ꝛ sic fit simoniacus. q̃d patet qñ plus vendit villã al̃s non.

29 ¶ Undecim᷒ casus ẽ qñ eps recipit clicũ ad ꝟuitiũ spũale ꝛ tpale ꝑstañ.sibi cũ ꝓmissiõe. q̃ ãnuati soluet sibi certũ salariũ donec sibi ꝓuiderit de bñficio. Nã lꝫ hoc sm Ho.dũmõ specialr̃ nõ se obligauerit ad seruitiũ tpale prestañ.nec cõmittit̃ simõia postmodũ remittẽdo salariũ cũ ꝯfertur bñficiũ: q: salariũ erat sub ꝯditiõe: ꝛ facta collatiõe bñficij expirat cõditio. Insti.de ꝟ. ob.§.ois. Secus si ꝓmissio salarij fuisset pura ꝛ ꝑpetua: ar.c.veniẽs.eo. ti.

30 Q̃d q̃dẽ pa.in.c.cũ essent eo credit verũ q̃ lꝫ qñ ꝑlat᷒ nõ ĩducitur ꝑncipalr̃ ꝑp seruitiũ: ꝫ q: ille meretur: alr̃ si cã fi ꝑnalis fit seruitiũ nõ lꝫ ar.e. graue: de ꝑbẽ. secus si fit causa impulsiua.

¶ Quid de illo q̃ recipit ꝓmissionẽ bñficij ꝑstãdi p voce electiõis dandã R̃. simoniac᷒ ẽ.c.õ hoc.e.ti. Idẽ dic si recipit p electiõe nõ ĩpediẽda.siue añ. siue post: dũmõ nũdũ sit ius acq̃situ in ea electiõe.nã acq̃sito iure lꝫ redimere suã vexationẽ.vt.s.iiij.cãu.

31 ¶ Tertiusdecim᷒ casus ẽ qñ pecunia dat̃ p tali iurisdictiõe hñda sm pa. in c.i.ne.ꝑ.vices su.ꝫ.tñ lꝫ nõ sit simonia est graue pctm̃. Facit ad hoc.c.nemo. ꝛ q̃d ibi no.eo.ti. ꝛ.i.q.i.i sũma. Et gl. i.i.c.qm̃: ne ꝑ.vi.sit.q̃ tꝫ q̃ est simõia: dꝫ intelligi ꝟa sꝫ Pa.i.d.c.qm̃ qñ tpalis iurisditio hꝫ depẽdentiã ab offõ ecclesiastico. q: p talẽ ꝯnexitatẽ cõmittitur simõia.d.c.ꝯsulere.e.ti.sed qñ ñ hꝫ depẽdẽtiã ab officio ecclesiastico: nõ ẽ simonia sed turpe lucrũ: ꝛ ꝯ legẽ sꝫ pa. in.d.c.i.vt i aut. vt iudi.sine q̃: suffra. ꝛ in aut.de man.ꝑn.§.illud.ho. tñ tꝫ q̃ sit simonia dare pecuniã vt ꝓmoueat̃ quis in ĩpatorẽ vel regẽ.ptãtem vel rectorẽ alicuius ciuitatis.q: iurisditio est spũalis.i.q.iij. ex multis. Usũ vendere gastaldionatũ.vel yconomatũ ẽ simoniacum.i.q.i.si q̃s eps ꝛ.i.q.iij.Saluator. Ois.n.potestas a deo ẽ. ꝛ iõ spũal̃ vr̃ Sed credo sit verior opi.pa. imo. Be.tꝫ q̃ etiã lꝫ dare aliq̃d p hñdo officio temporali: de quo vide.s. Officiũ.§.i.ꝛ dic.vt ibi.

32 ¶ Quartusdecim᷒ casus ẽ: qñ spũale p spũali exigit̃.vt puta vn᷒ dꝫ dicere ꝑmã missã.alter sm: ꝛ ꝯueniũt adinuicẽ q̃ vn᷒ dicat missã p alio: ꝛ e cõuerso Tho.ꝟo tꝫ q̃ si interueniat pactũ erit viciosũ: nisi bñficio: vel ꝑsonatiui sit ãnexũ tale on᷒: vt puta ꝑbẽde. s. q̃ q̃ eã habuerit dicãt missaꝫ de beata virgine: vt extra de ꝑbẽ.c.significatũ.sicr̃ vr̃ tenere Rica.in.iiij.di.xxv articulo. iij.q.i.dicẽs q̃ si duo sint baptizandi.ꝛ

vnus dicat baptizato te tali pacto qꝫ baptizes me. qꝫ est simoniacū. Rō qꝛ in talibus nulla pactio vel cōuētio dꝫ interuenire. c. tua nobis eo. ti. ⁊ hoc ppter duo. Prior qꝛ res a nō dn̄o emitur sicut a ministris sacroꝝ q nō est dn̄s Scd̄o qꝛ est ꝯ rōnē gr̄e qꝫ vēdat. Sed tu aduerte qꝫ qn̄ vn⁹ tm̄ dicere. p̄mis missam ⁊ ꝯuenit cū eo q tenet dicere sua ꝓ se dicēda vt alius dicat p̄ma: qꝫ li. ꝓ. nō denotat app̄ciationē sed adminiculationē cū illa nō possit dicere missaz ꝓ alio nisi dicat ꝓ eo. ⁊ iō lꝫ: sed in casu p̄dictoꝝ doc. li. ꝓ: dicit app̄ciationem ⁊ iō illicitū ē pactū lꝫ bn̄ posset dicere ꝯm predictos doc. Hodie ego dico ꝓ te: vel te baptizo: ⁊ rogo vt cras dicas ꝓ me: vel baptizes me postea ⁊ huiusmodi sine pactiōe.

33 ¶ Quintusdecimus casus qn̄ datur ratione ꝓuocationis ad orat̄. sicut qn̄ dat elemosyna religiosis paup̄ib⁹ vt ꝓuocēt orare ⁊ missas dicere ꝓ eis: de q̄ dic. vt. j. Simonia. iij. §. ix.

34 ¶ Sextusdecim⁹ rōe punitiōis sicut in absolutiōe excōicatiōis exigitur pecunia nō ꝓ absolutiōe qꝛ eēt simonia sed pro punitiōe pen̄. c. ad aurea eo. cō cor. Ricar. vbi. s. ⁊ addit. caueat absolutēs ne in hoc magis intendat deseruire cupiditati q̄ correctiōi.

35 ¶ Decimusseptimus rōne liberalitatis qꝛ gratis dat ⁊ gratis accipit non rōe alicu⁹ sp̄ualis. i. q. i. gr̄d lꝫ tn̄ notabilitas in tali dato facit p̄sūptā: simoniā. vt in. c. ⁊ si qōnes eo. ti.

Simonia. iij.

Circa bn̄ficia dignitates ⁊ officia. ⁊ p̄io circa electiones seu promotionē q̄ritur.

1 ¶ Utrū reges ⁊ principes ⁊ alij recipientes pecuniā vt ꝯsentiant electiōi seu ꝓmotioni ad aliquā dignitatē vel platuram sint simoniaci. R. Pan. in. c. de hoc eo. qꝫ sic ⁊ tenēt restituere illi ecclie de cuius p̄latura agebat: lꝫ nō eēt de bonis ecclie vt pꝫ in eo. c. de hoc.

2 ¶ Quid de canōico q ꝯuēit cū alio canōicis vt ꝯplaceāt sibi de aliq̄ canōico recipiēdo: ⁊ postea ipse eis cōplacebit de alio. R. qꝫ simonia ē. c. ex̄pio. i. q. ij.

3 ¶ Quid si dicat aliqs coꝝ nūq̄ cōsen⁹ tiā qꝫ aliquis fiat canonicus nisi mihi ꝯsentiatis de meo. R. ꝯm Ray. Simoniacus est. Si tn̄ cōsuetudo esset qꝫ qn̄ vnus fuit exauditus in vna qꝫ aliter postea exaudiat in alia posset tūc talē cōsuetudinē rogare suadēz ar. lxiij. di. qꝛ igitur de ꝯsti. c. cū oēs.

4 ¶ Utrū cōmittat simoniā q facit pactū cū illo cui bn̄ficiū ꝯfert vt retineat aliquā portionez ex redditib⁹ bn̄ficij. R. pa. in. c. i. vt ecclia. bn̄. qꝫ sic. No. tn̄ qꝫ eps ex iusta cā ⁊ necessaria pōt statuere vt reddutus certi tp̄a bn̄ficij vac. in vsus deputentur ad certū vsū laudabilē. facit. c. vltimū de ꝯ. si. Itē ꝓ solutiōe suorum debitoꝝ: intellige ꝯtoꝝ noie ecclie: secus si ꝯtrisset noie p̄uato vt not. glo. in. c. i. de soluti. facit. c. si ꝓpter tuas de rescrip. li. vi.

5 ¶ Utrū ꝓmouēdus in rectorē alicu⁹ ecclie ⁊ paciscēs vt soluat pēsionē maiorē collatori sit simōiacus. R. pa. in. c. cū clici de pactis: qꝫ sic Silr̄ ēt si ꝓmouendus ꝓpria aucte obliget se ad pēsionē: ⁊ nō lꝫ collatio ꝯm pa. ibidem: lꝫ Jo. An. teneant qꝫ lꝫ.

6 ¶ Circa officia q̄rit gd de presbytero q vēdit officiū portādi aquā bn̄dictā ꝓ suā pochiaz. R. ꝯm Rodon. qꝫ licite pt fieri si vendit emolumēta sibi ex cōsuetudine ꝓuenire ꝯsueta. Si aūt vendit tale officiū nō est simonia. sed turpe lucrū. Si aūt vēdit aquā bn̄dictā vel panez benedictū sic ē simōia ꝯm Alexā. ⁊ Rodon. qꝛ in receptiōe taliū ꝯfert remissio venaliū peccatoꝝ.

7 ¶ Quid si quis vendat officiū claudēdi hostia vel pulsādi cāpanas ⁊ hmōi ꝯm Rodo. qꝫ simoniacus ē sūpto noie simone large: sicut talia officia sūt sp̄ritualia large. Si tn̄ datū sit alicui tale offin̄ gratis ⁊ consuetudo sit loci: qꝫ possit ponere aliuz loco sui: ⁊ locare ⁊ vēdere ad vitā ipsi⁹ dātis: nō eēt simonia ꝯm Rodo. Sed tu aduerte qꝛ. i. q. iij. c. i. dr̄ qꝫ nō est sacri muneris offin̄

claudere hostia eccłie ſʒ tm̄ ſibi anne-
xū vel vniū. Et dicit glo. ibi ꝙ tūc eſt
ſimonia emere aliq̄ʒ adminiſtrationē
vel offm̄ eccłie quādo ē annexū alicui
ſpūali vel cōſueuit ꝑ clericum exerceri
ſolum ⁊ ſic tene ꝙ eſt ſimonia vende
re officium ſecus vendere reddītus.

8 ¶ Quid de dātibus aliquid vt poſſit
in ꝑochia vel epātu q̄rere vel q̄ſtuare
R̄. ſʒ Tho. i. quol. ꝙ ſacerdotes p̄la
ti recipiētes ſimōiaci ſūt cū ꝑſuaſio ſa
cerdotis ſpūalis ſit ⁊ ei credat qꝛ p̄la
lati aut preſbyteri ſūt ⁊ ſic ē ſimōia re
ſpectu p̄lati vł p̄ſbyteri cōcedentis ⁊ re-
ſpectu ꝟo dātis ſacrilegiū eſt qꝛ ibi ē
defraudatio elemoſynaꝝ ꝯ itētionē da
tiū ⁊ tenet vterq̄ʒ ad reſtitutionē ſi ta-
les queſtores ſunt ſceleratī vt ſunt chia
rantꝰ ſed quo ad reſtitutionem dic. vt
Reſtitutiō p̄mo in verbo turpiter. §. i.

9 ¶ Utrū liceat dare vł accipe pecuniaꝫ
ꝑ orone p̄dicatione dei laude vel pro-
ceſſione R̄. ſm̄ Ric. vbi. s. ⁊ Aſten. li.
vi. ti. lv. ꝙ nō. Dec. n. ⁊ ſiſta dicuntur
ſpūalia in q̄tū ex grā procedūt ⁊ ad
grām diſponunt q̄ tamē ꝑ hominum
miſteriū exhibentur ⁊ iō vendedē in
his ꝙ ē ſpūale ſimonia eſt. Et iō q p̄e
dicat p̄ncipalr̄ vt laudē vł fauorē ꝯſeq̄-
tur humanū vł lucrum ſimoniacꝰ ē ſal
tē mētalis. i. q. iij. nō ſolū. Aduerte tn̄
ꝙ dātes elemoſynas paupibus aut re
ligioſis vt impetrent orationis ſuffra-
giū nō dāt q̄ſi intendāt emere orones
ſed quaſi per gratuitā beneficient tam
eos prouocare ad orōē pro ſe gratis ⁊
ex caritate. ⁊ ſic non peccant.

10 ¶ Quid de ſtatuētibus ī aliq̄ eccłia
ꝙ proceſſio nō fiat ī aliquo funere niſi
tātā pecuniā legaſſet eccłie. R̄. ſʒ Ray.
⁊ Tho. ꝙ ſimōiaci ſūt ar. d iureiur. c.
ſicut ei p̄mo ⁊ ꝟo ſecus ſi ſtatueret . ꝙ
legātibꝰ talē ſūmā fieret talis honor vł
ꝑceſſio ar. extra. eo. c. cū ſit Rō diuerſi
tatꝭ ē qꝛ ī p̄mo eſt exactio qꝛ p̄ſuppōit
ꝙ pro minori nō fiat ī ꝟo hʒ ſpēʒ gra
tuite recōpēſationis qꝛ non negat ne
enī fiat ꝑ nō logātibus ar. de iureiur.
c. ſicut ei primo ⁊ ſecundo

¶ Utrū liceat dare pecūiā pro āniūſa-
rio celebrando ⁊ hmōi. R̄. Ri. i. iiij. di.
xxv. ꝙ nō lʒ ꝑ lʒ pactuʒ facere d dāda
pecūia ſʒ ſi ex deuotione det eccłia dʒ
celebrare. Inno. ꝟo. in. c. q̄ꝛ enormis-
ne ꝑ. vi. ſu. dicit ꝙ nō ſolū lʒ ſed ⁊ eſt
meritoriū aliq̄s redditꝰ ꝯſtituē ī eccłia
vt ibi fiat anniuerſariū pro aliq̄: ſʒ hoc
ꝯſtitui ſi pōt ꝑ donatorē qꝛ nō lʒ ei cō
ditiōes ſpūales apponere. ſʒ tm̄ tēpora-
les vt redēptionē captiuoꝝ. xij. q. ij. ſta
rū ſʒ p̄t ꝯſtitui ꝑ illos q hn̄t ānniuerſari
uʒ facē ex d p̄bē. c. ſignificatū Ho. i. d.
c. q̄ꝛ lʒ ꝙ p̄t ipōi tale onꝰ redditibꝰ. ſʒ
dic tn̄ nꝰ fore relinquē ſic relinq̄ tali ec
cłie annuati. x libr. ſup tali poſſeſſiōe di-
uidēdas inter eos ſolūmō q meo anni-
uerſario ītererūt: ⁊ rogo vt fiat oī āno.

12 ¶ Utrū cāonicꝰ vadēs ad horas cāo
nicas principalr̄ pro dēarijs horarijs
ſit ſimōiacus. R̄. Ho. i. c. oll d ꝟo. ſig. ⁊
ſeqtur. Jo. an. d ele. ſi re. c. vnico li. vi.
lʒ ꝙ ñ ē vera ſimonia: qꝛ nulla exp̄ſſa
pactio itercedit ſʒ ꝙ grauiter peccat ⁊
⁊ mentalē ſimoniā cōmittit ſʒ ꝑ ſolaꝫ
preſentiaꝫ ſatiſfacit. c. tua nos de ſimo.

13 ¶ Quid ſi clericus ꝑ p̄cio vigilet ad
defūctū ⁊ dicat pſalteriū. R̄. hoſti. ꝙ ſi
fecit pactū ꝑ eo legere pſalteriuʒ ꝙ ſi
monia eſt . Si aūt ꝙ vigilaret non eſt
ſimonia lʒ ſcit tacite ꝙ debeat legere
pſalteriū ar. de p̄bē. c ſignificatum: qꝛ
ſic vēdit laborē quē nō tenet īpender.

14 ¶ Quid ſi maior erit. nō potē niſi
pro certo p̄cio. R̄. Hoſti. ꝙ eſt ſignum
auaricie ⁊ īducit vicium ſimonie. c. au
dīuimꝰ eo. Silr̄ eſt ſimonia q̄n taxat
ꝑ. quāta pecunia q̄s ponatur in tali ſe
pultura cum ibi ſint plures ſm̄ hoſti.

15 ¶ Utrū pactū de lecto redimēdo aū
q̄ʒ corpus ad eccłiam deferat ſit ſimo-
nia. R̄. ꝙ nō qꝛ lectus ⁊ hmōi ē q̄d tpa
le ⁊ iō pōt vendi redimi ⁊ hmōi: ſi tn̄
clici nolēt ſepelire niſi ꝑus īpoſito p̄cō
de eo redimēdo ſic vł ſimonia cū fiat
pactuʒ de tpali ad ſpūale ſm̄ . hoſti. ſa
cit. c. vlt. de re permu. Silr̄ cōmittit ſi-
monia ſi clerici nolēt ſepelire niſi fie-
ret eis cautio ab heredibus defuncti-

dr receptione eoꝝ que cum funere poꝛtantur ꝛ similiter qui nolunt sepelire sine pecunia.c.questa est.xiij.q.ij.

16 ¶ Utrum sit simonia ꝓ matrimonio dare pecuniã.R. sm Ricar.in.iiij.di.xv.ar.iij.q.i.ꝙ ꝓ vt matrimoniũ est sacrm ca dẽs in dispẽsatiõe ministroꝝ ecclie sic vẽdi nõ põt ꝛ iõ simoniacus est q ꝓ bñdictiõe nubẽtiũ pecuniã exactã accipit.c.cũ in ecclesie eo.prout ṽo matrimoniũ est offm nature: sic lz dare ꝛ accipe ꝓciũ sicut ꝛ ꝓ alijs officijs ciuilibus ꝛ corporalibus.

17 ¶ Sed qd si nolit bñdicere nisi data pecũia.R. Alex.ꝙ dz recurrere ad supiorẽ q si noluerit cogere ꝑsbyterum vt bñdicat gratis tutius est abstinere ꝗ͂ peccãdi occasiõem dare. Pa. in iiij.c. dilectus el ij.c.ti.iz ꝙ in sacris voluntarijs nõ lz aliqd dare ꝓ eis hñdis ß in necessarijs sic.Et sic videretur tenẽdo opinionẽ ꝙ nõ possum ꝯsumare matrimoniũ sine bñdictione vbi ꝯsuetũ est ꝙ licite dare põt cũ intẽtiõe dãdi ꝓ redimẽda vexatiõe nõ emẽdi bñdictiõez

18 ¶ Quid de sacerdote q nõ vult dare liniam ꝓrochiano alteri ꝯfitẽdi nisi data pecunia.R. Rodoñ. ꝙ simoniacus est. Idẽ dic de licẽtia cõicãdi aut bñdicẽdi spõsas. Aduerte tñ ꝙ si nõ itẽderet liniaz ꝯfitendi cõicandi vel benedicendi sponsas.ꝛ hmõi vendere:sed sibi ꝓuidere sup obuẽtionibus ꝛ oblationibus q̃ eũ ꝯtingerent ꝛ nõ plus nõ esset simoniacus sm Rodoñ.

19 ¶ Utrum sit simonia ex pacto dare aliqd ꝓ calicibus vestibus ꝛ linteaminibus bñdicẽdis.R. Ray.iz ꝙ nõ:qꝛ nõ fuerit nisi in crismate baptismo cõfirmatiõe eucharistia balsamo sepultura ꝛ basilica dedicãda.i.q.i.diuis.c.placuit.c. vt vnus quisqꝫ ex eo.ti.cũ in ecclie. Sed tu dic ṽius cũ Gof. ꝛ hosti.ꝙ est simonia.c.ad nr̃am eo. Idẽ dic ꝓ bñdictione abbatiũ vl abbatissaꝝ vellatiõe virginũ aq̃ bñdicta ꝛ hmõi fz pe de pal.

20 ¶ Utrum archidiaconus q hz examinare ꝓmouẽdos vel ille q rñdet in scrutinio ordinãdi sm formã.c.ij. de scruti.vel ille minister q legit euãgeliũ cuꝫ fit ordinatio sit simoniacus si aliqd recipit ab ordinãdis.R. ꝙ sic sm dñm Anto.in.c.pe.extra.eo.

21 ¶ Utrum ꝓtendẽs sanctitatẽ quã nõ hz vt ꝓmoueaẽ ad ordies vl bñficia sit simoniacus.R.ꝙ nõ ß dz agere pñiam c.mandato extra eo.

22 ¶ Utrum notari⁹ sine simõia possit aliqd recipere ꝓ scriptura fcã de ordinatiõe.R. Lau.ꝛ sequitur Ber. brix.in.c.sicut epm.i.q.ij.ꝙ nõ nec ꝓ labore nec ꝓ charta.ß eps dz sibi procurare. Pa. ṽo.in.c.i.de simõia iz cũ glo. ibidẽ ꝛ cõiter doctores qð veꝝ ẽ in notario q hz salariũ õ publico secus ẽ i illo q nõ hz salariũ qꝛ recipe põt ꝓ suo labore solũ ꝯsiderata q̃litate negocij nõ ordinis sicut faciũt q ꝓ clericatu tm̃:ꝓ diaconatu plus ꝛ hmõi qꝛ sic est simõia. at.x.q.ij.ꝓcarie. Idẽ dic ꝙ est simõia exigere aliqd ꝓ sigillo nisi expẽsas cere ꝛ sigillatõis ꝛ clericoꝝ ad hoc deputatoꝝ itellige sup re spũali ꝛ in iurisdictiõe ecclĩastica cũ nihil aliud sit nisi q̃dam testificatio iudicis sup illud.

23 ¶ Utrum recipiẽs aliquaz ꝓmissionem spẽalitatis.puta bñficij ꝛ hmõi pro aliquo negocio ꝓmouẽdo apud sedem apostolicam sit simoniacus.R. Pa.in c.cũ essent eo.ꝙ sic vt ibi.

24 ¶ Utrũ statutũ in fundatiõe alicuius ecclesie factũ quo cauet.ꝙ quisqs tm̃ in redditib⁹ annuatiz dederit in ꝑpetuũ recipiat ꝓ canõico ꝛ hẽat qð dederit ꝓ ꝓbẽda.sit simoniacum.R. Rodoñ. ꝙ si tale statutũ fiat ad tp̃s ꝛ ꝓncipalr intẽtiõe augẽdi dei cultũ.ꝛ ꝙ dãs ꝓincipaliter ꝑꝑ deuotionẽ dei ꝛ sit dign⁹ tollerari põt.Et idẽ dic õ monasterijs de nouo fundatis ꝛ egenis.s.ꝙ quisquis daret tantũ reciperetur ad illud monasteriũ vsqꝫ ad certũ numeruz. ar.c. tua nos.extra eo.

25 ¶ Utrũ aliquis dignus ordinari vel beneficiarij dãs ex pacto vel exactus ianitori vt eũ ad epm permittat intrare ad peteñ.beneficiũ vel ordinem vel electionis cõfirmationem sit simonia

ctis.ĥr.ĥz Rod.ꝙ nõ.si nõ dat itentio-
ne corrupta.s.vt ꝑ intercessionē ei⁹ cui
dat ꝯseqtur intentũ.q: si cũ tali inten-
tione daret esset simoniacus.

26 ℂ Utrũ aliqs possit iduci vt intret re
ligionē ꝑꝑ pecuniaz dãdã.ĥr. ꝙ nõ.c.
dilectus.el.ij.eo.ti. Sed vt qs cõuerta
tur ad fidem dicit gl.in.d.c.dilectus ꝙ
põt dari hosti.addit.idez posse dici in
sacris necessarijs: sed nõ in volũtarijs
qđ limitat Pa.in.d c.dilect⁹.ꝙ ex pa
cto vt cõuertatur vel intret religionem
vł recipiat sacra.nõ lz sz bñ sine pacto:
vt alliciatur ad predicta capiẽda.

27 ℂ Quid de fraternitatib⁹ ita ꝯstitut] ꝙ
null⁹ recipiat ad eas nisi ꝓmittat vel
iuret ꝙ ãnuatiz soluet.ĥ. de si.ĥr.Ray.
ꝙ si fiat ꝑꝑ cãz hõestã puta paupibus
alẽdis.captiuis redimẽdis ⁊ hmõi nõ ē
ibi simõia.imo licite fiũt ⁊ q eas despi
cit anathematizãdus ē.xlij.di.si qs de
spicit ⁊ ar.xvi.q.vij.sane.Rodo.in̄ di
cit ꝙ si statutũ ē sub forma negatiua
nõ lz.qa excludit pietatē.sz sub forma
affirmatiua lz.s.vt qsqs fuerit recept⁹
det tantum sz nõ plz ꝙ fiat iuramẽtũ
ꝑꝑ periculuz periurij.

28 ℂ Utrũ ꝓ iusticia faciẽda dare pecu
niã vł egpolẽs sit simõia. Ricar.i.iiij.
di.xxv. ar.ij.q.ij.tz ꝙ sic loquẽdo de
iusticia ecclīastica.vt qñ daſ epo vel
alijs ꝓ reddẽdo iure sup spũalib⁹ i q̄
ꝯcor.gl.i.c.vẽdẽtes i.q.iij. Idẽ tz Ro
do ẽt sup tpalib⁹ si sit ꝑsona ecclīasti
ca q̄ dz reddere ius rõe iurisdictiõis ec-
clīastice.secus e ẽt si eẽt iudex secularis-
seu laicus.lz als grauiter peccet. Alex. de
ales tñ tz ꝙ ẽt i iudice seculari vẽdere
iudiciũ iustũ ẽt simõia: q: h̄ ē act⁹ ꝯtem
tis.⁊ ita q̄ ad aliqđ ē spũale.sz ꝓ aduo
catiõe aũt ꝓcuratiõe ẽt in cã spũali lz
aliqđ accipe sine simõia.sz gl.i.d.c.vẽ
dẽtes ⁊ Ricar.vbi.s̄.⁊ forte veri⁹ tenẽt
ꝯtrariũ.⁊ ꝙ est solũ graue pcm̄ accipe ꝓ
iusticia in reb⁹ tpalib⁹ ⁊ ei q ē iudex.

29 ℂ Utrũ sit simõiacũ occltare pcm̄ ali
cui⁹ ꝓ pecũia qñ ad ei⁹ offm̄ ꝑtinet il
lud reuellare ĥr.ꝙ sic.c.nẽo.eo.imo ẽt
occltare respectu ꝑsone ꝯsanguinitat]

vł affinita] vt sibi vł Sz Ricar.vbi.s̄.
limitat vez si talia respiciũt cãm spũa
lē als nõ sz est graue pctm̄.

30 ℂ Utrũ testificari ꝓ pecũia sit simõia
ĥr. Ricar.vbi.s̄.tz.ꝙ sic i cã spũali als
nõ:lz sit graue pcm̄.Alex.ho dicit ꝙ in
causis ecclīasticis ⁊ a ꝑsonis ecclesiasti
cis si testimoniũ vẽdatur simõia ē. In
alijs grauiter peccatur.

31 ℂ Sz nũqd aduocat⁹ simr cõmittit si-
mõiã si ꝓ pecũia pcurat.ĥr. ꝙ nõ q:
pcuratiõ ⁊ ꝯsiliũ adminiculaſ exteri⁹
cãe sed testiũ est a substa cãe.⁊ iõ testes
cognũt nõ aduocati ſm Alex.

32 ℂ De simonia magistrorum vide.s̄.
Magr.§.x.cũ sequẽtibus.

33 ℂ De simonia sepulture.vide.s̄.sepul
tura i ꝑn.⁊.§.i.⁊.xliij.⁊.xliiij.

34 ℂ Utrũ patron⁹ siue hñs ius pñtadi
q aliqd recipit ꝓ pñtãdo sit simõiac⁹
ĥr.Pa.i.c.veniẽs el.i.de testi.ꝙ sic tex.
bon⁹.de trãsac.c.pterea qñ inter.

35 ℂ Circa ꝑmutationē.vide.s̄.Permu
tatio.§.ij.⁊.iiij.⁊.vi.

36 ℂ Circa trãsactionez.vide.j. Transa
ctio.§.iiij.

37 ℂ Circa renũciatiões ⁊ remissionē vł
tra id ꝙ hẽs.s̄.renũciatiõ.Quero Utrũ
renũciãs lris sup bñficio ecclīastico ob
tinẽdo.sit simoniac⁹.ĥr.Pa.i.c.ad au
dietiã de rescrip.ꝙ sic si fit ex pacto.s
aliq̄ tpali recipiẽdo siue ꝓ certa pẽsio
ne recipiẽda.gl.in.d.c. ad audietiã tz
ꝙ est simõia in eo q cõsecutus est bñfi
ciũ sed in eo q nũdũ cõsecutus est bñfi
ciũ ꝙ nõ sit simonia. Sed tu tene ꝙ ē
simonia ẽt in hoc casu. si deſ aliqd ex
pactiõe ꝑuiũ secus si ex offõ iudicis vł
mediãtibus bonis viris renũciatio ex
vna pte pure fiat,⁊ ex altera pte aliqđ
tpale deſ. Ut colligiſ in c.sane.ď renũ.
⁊ de pac.c.cũ.pdē. Simr nõ est simõia
si renũciet talib⁹ lris ex eo ꝙ dat sibi
spũale.puta beneficiũ ſm Inno.⁊ ho-
sti.de rescrip.c.ad audientiã: ꝙ limita
cũ sit permutatio si concurrant que.s̄.
dixi. Permutatio.§.iiij.

38 ℂ Utrũ dãs aliqđ tpale prelato ne re
moueat eum a ꝑoratu vel beneficio sit

simoniacus. R. Rodoñ. q sic si necessitas vel vtilitas sit q amoueat. als non dūmō intētio nō sit corrupta. Sitr simoniacus ē q dat spūale vt obtineat debitū tpale qd suū est fm Tho. i. iiij. di. xxv. d quo ego dubito p ea q dixi. s. simonia. ij. § xvij. z. xviij. z potius credo q nō sit Simonia. ar. c. i. de vsu.

39 ¶ Utrū renūciās būficio vt alteri certe psone det sit simoniacus. R. q nō nisi in pactū deducat. c. dilectio. de pbē. Nā hēre spē de hoc nō est simonia. c. cū pdē. de pac. i. q. i. ordinatiões.

40 ¶ Utrū remittēs debitū tpale p spūali psequēdo sit simoniacus. R. Pa. in c. veniēs el. i. de test. q sic q2 remittere idem est q donare. vt in glo. pdicti c. z in. l. gn et. ff. de calū. Limitat tñ gl. i. d. c. vez cū ex tali remissiōe aliqd comodū applicat parti. Addit pa. ibidē aliā limitationē. s. q est vez q remittere ē dare qñ debitū est liquidū. s3 quādo debitum est dubium tūc dicitur potius facere que donare. vt dr in trāsatione in. l. siue ap. z. C. de trāsac.

41 ¶ Utrū promittens nihil petere ab ordinatore vel psentatore vsq3 ad tot annos sit simoniacus. R. Pa. in. c. per tuas el. iij. eo. q sic. ex quo q2 ordinator tenetur assignare isti post ordinationē portionē que consideratis fructib9 est qd tpale talis remittit tpale pro spūali psequendo z ideo simonia est.

42 ¶ Utrū dās pecuniā vt qs nō ordinetur vl eligatur vel electio nō cōfirmet aut ecclie nō psecrentur z hmōi sit simoniacus. R. q sic. extra c. si. nēo. Idē dic qñ p grām psanguinitatis. vel affinitatis. vel penitentē nō recōciliat. vel minus penitētem absoluit. vel petrm celat vt in. d. c. nemo. Dicit tñ Inno. ibidē q vez ē q silitudinarie dr simoniacus talis p grām sic faciens q2 sic punitur. ac si simoniacus eēt Pa. z glo. in d. c. nemo t3 q est simona. z ē verius.

43 ¶ Utrū corrūpens iudicē vel testem in casu spūali pp pecuniā. sit simoniacus. R. Pa. in. c. tua nos. eo. ti. cū Host. q sic p eādā cōnexitatē quam hñt cū spūalibus. vel est qsi simonia ar. d. c. nemo. Secus in causa mere tpali.

44 ¶ Utrū aliqd accipere pro inuestitura ecclesiaz sit simonia. R. q sic tex. in. c. in tm̄ eo. z ibi dic. pa. q si tm̄ p inuestitura iuris s3 ēt sci. l. p iductiōe i corpalē possessionē etiam si ibi sit psuetudo.

45 ¶ Quid de dātibus pmos fruct9 bñficij in curia. z soluētibus taxā bullaz z ceteroz fm stillū curie. R. q nō sunt credēdi simoniaci q2 talia nō soluūtur p spūalibus s3 pro sustētatiōe curie z officialiū z sic tene q2 illa d voluntate pape sunt ordinata. Sed secus indico in curijs epoz z alioz prelatoz hñtibus vñ viuāt scđ3 decētiā nō scđ3 pōpam q2 simoniacū ē tales taxas facere p dispēsatiōib9 absolutōibus z hmōi. i. q. iij. Ex multis Secus si pp victus decentiā quā als nō hñt hoc fecerent.

Simonia. iiij.

circa igressuz religionis. Utruz intrās monasteriuz cū pacto de dandis tpalibus sit simoniacus. R. q sic. c. in tm̄. z. veniēs eo. vl cu tñ Hosti. Gofre. Ray. z Ber. z in c. qm̄ simoniaca. eo. q si monasteriuz esset tenue q possent dicere volēti intrare. Si vis viuere mecū porta tecū: q2 l3 te libēter recipere velemus tñ bona nra nō sufficiūt. S3 tu tene in pscia opinionē Tho. in sūma q dicit. q pro ingressu monasterij nō l3 aliqd recipere vel exigere quasi preciū. sed pro victu psone recipiende l3 aliqd recipere si nō sufficiāt opes ad hoc monasterij. Sitr ēt licitū est propter deuotionem quā qs ostendit monasterio largas elemosynas faciēdo crdē q facilius reciपiatur sicut licitū est ecōuerso prouocare aliquē p tpalia būficia ad deuotionē monasterij. s3 nō sit licitū aliqd ex pacto dare vel recipere vt recipiat. c. q pio. i. q. ij. Rodoñ. etiā t3 q qñ monasteriū est tenue z idigēs q nō est simoniacū z pacisci i talibus. dūmō nō fiat p spūalibus pferēdis s3 p expēsis faciēdis vl recōpēsandis. vñ t3 q l3 exprimere noia z qtitatē numeris. z pl3

mihi q̃ ad ꝯsciam.ad.c.q̃ videnť ꝫria ꝛ maxie.d.c.qm̃ simoniaca dic ꝙ loquunť q̃ ad foꝝ ꝯtētiosū ꝓp fraude a ꝛ iō iudicat se sup ꝓsūptiōe q̄ cessat i toto sic vł loquunť vt nihil ꝓ igressu: ꝫ ñ loquunť gn̄ ꝓ releuatiōe sūpt⁹ quādo monasterium aliter non potest.

Simonia.v. Circa ea q̄ ꝓhibentur dari vł ꝯduci i pactū ꝓ aliq̄ spūali ł ānexo vel a deo ꝺe pēdēte. Et primo.

1 ¶ Utrum solū sit simōia qñ interuenit pactū ꝺ pecūia. R. ꝙ ñ ꝫ dic ꝙ triplex ē mun⁹ qꝺ iducit simoniā i spiritualib⁹ si ꝺducat i pactū Primū ē mun⁹ a manu vt ē pecūia.capiēdo ꝓut accipit.i. q.iij.totū ꝓ oi re tpali. Scđm mun⁹ ē a ligua. Tertiū ab obsequio vt.i.q.i.sͣ nul li. Addit ab aliqb⁹. Quartū mun⁹ sanguis qꝺ ē cū qs ꝯfert ecclia vł ꝓbēdā alicui ītuitu ꝯsāguinitat' vł amicicie. Nā ꝫ gl.i c.vt ecclia.bñfi.si solū confert ꝓp ꝯsāguinitatē vł amiciciā.ꝛ alias ñ ꝯferret simōiac⁹ ē. Sꝫ alex.ꝺ ales. 3a se.ꝛ Tho.3a se.ꝛ i.iiij.ꝛ i quol.li mitāt verꝫ qñ itēdit ex h̄ aliqꝺ bonum redūdās i.seipo.vt puta.qꝛ magnificet vł nobilitet.vł vt faciat sibi aliq̄ recōpēsatiōnē ꝛ hmōi Secꝰ si solū itēdēs bonū tpale illi⁹ cui dať ꝛ nō alteri⁹ qꝛ tūc lꝫ sit grauē peccatum non tamen simonia ē i hoc.iiij.munere. quia nihil datur vel recipiť.ꝛ magis placet. De hoc tamen vide Pa.i.c.tuā.ꝺ eta. ꝛ qli.oꝛ.ꝛ.i.q.i.c.si qs.ꝛ.c.sōi nōnulli. Posset tñ dici ēt tūc eē simoniacus qñ plat⁹ aliqꝺ bñficiū ecclиasticū daret alicui cū pacto vel intentionem vt ipse sius consanguineus prouideret.

2 ¶ Sꝫ nūqd qꝺcūq3 mun⁹ a manu inducit simoniā in spūalibus. R. ꝙ sic si pactū pcessit. Si ꝟo nō pcessit tunc si sit adeo paruum ꝙ nō debeat iducere ꝓ mouētis aīum īspectis cā tpe ꝛ q̄litate ꝑsonaꝝ sic nō facit simoniā.c.ꝛ si questiōes eo ti. Ualde eni inhūanū ē a nemine velle recipe: ꝫ vilissimum est oia ab oibus.ff.ꝺe offi.ꝓconsul.l.solent.§. vlti. Et hoc verū quo ad ecclia: ꝫ q̄ ad

ꝺeū qcqd dať vł recipiť corrupta itentione q̄ntūcūq3 minimū ꝓ spūali simoniacū ē ꝫ sola pnīa sine resignatiōe beneficii purgat.ꝛ sic itellige.c.nemo co ꝫ Hos. aduerte tñ ꝙ qñ dat aliqd siñ pacto ñ vt ꝺbitū.ꝫ vt dari ꝯsuetuꝫ nō est simonia secundum Rodoñ.

3 ¶ Quid si id qꝺ dať sit ꝺ reb⁹ ecclie. R. ꝙ nihilominꝰ simōia erit ꝫ s.s. tho.

4 ¶ Quid si nō det mun⁹ a manu ꝫ a ligua pro spūali ꝫ fido. R. simonia est Aduerte tñ ꝙ mun⁹ a ling. a aliqñ ꝺr ipsa laus ptinens ad fauorē humanū q̄ sub ꝓno cadit. Aliqñ pces ex quib⁹ fauoꝛ human⁹ acgrit vel ꝫrīu vitatur Et iō siquis principaliter ad hoc itendit simoniā cōmittit. Et principꝉr ꝺr intēdere qñ pro idigno admittēdo datur vel recipiť. Sed circa dignuꝫ distiguit Hos.ꝛ Hostiēs ꝙ aut promouet ꝑ ꝑcipib⁹ sius ꝛ sic si petit plationeꝫ que dať per electionē tūc ē simōia.i. q.vj sicut is qui. Si aūt nō dať ꝑ electionē ñ sit simplex bñficiū sicilicet si indiget. Si nō est simplex sed habēs dignitatē vel curā aiaruꝫ sic nō lꝫ.ar.i.q. i.ordinationes.ꝛ.viij.q.i. scripturis ꝛ est simoniac⁹ ꝫ vgo. Ray. Hostien. Tho.xxij.ꝛ Directo li.iij.quia eo ipso ꝙ petitur indignus est. Sed Rodoñ. credit ꝙ ēt ꝫ in dignitate ꝛ cura Fac. c.tua nos.eo.ti. Qꝺ ego credo verum si indiget puta qꝛ.nō hꝫ aliunde vnde viuat.ars nō.c.ad aurea.ꝛ.ti.si mō dignus est ꝛ intendat ꝓdesse ꝛ nō pesse Si ꝟo ꝓmouet precibus alienis ꝑ ꝑ digno.sic ꝫm omnes simonia est.i.q.i. ꝺe ordinatiōibus Si vero ꝓ digno tē si sunt spirituales non est simonia. i. q.i.latorem Si vero preces sunt carnales. Et dicuntur carnales quando illi qui precantur attendunt ad parentellam principaliter.vel amiciciam rogātium ꝛ prelatus propter ipsas principaliter monetur sic est simonia.quia pces succedunt loco precij.d.c.ordinatiōes.ꝛ.c.sūt nōnulli.i.q i. Si vero prelat⁹ principal'r nō sequr preces ꝫ merita seu qꝛ dign⁹ ē nō est simonia.c.q

busdā.i.q.i.c ar.c.tuā.eo.ti.tenet etiaz Pa.in c.tua nos eo.ti.q humiles preces emisse a digno ñ iducūt simoniaz nec ēt aliqd petitū.vt ex dcis.c.tua nos c.c.latorē.ps.imo fort⁹ tz Pa.ibidez q donās aliqd cardinalib⁹ vl̃ platis.c rogās p aliq̄ bñficio.dūmō nō ducat pncipali itētiōe vt p talia exēnia c preces adipiscat spūale q̄rua scdario hēat talē spē.q ex oēz nos ūdicat quia iuste ista pñt fieri sine spe pmaria. vt dicit Inn.Ho.sa.c qd pderit.in.di.i. q.i.sūt nulli.c i.c.maz.de eta.c qua.

